

Theodore
Besterman
289
P.
S.


HERMANN MARX

Speculum passionis

domini nostri Ihesu christi. In quo relucẽt hec omnia sin/
gulariter vere & absolute: puta. Omnis pfectio yerarchie
Omniũ fidelium beatitudo. Omnes virtutes. Dona. Fru
ctus. Et spiritualiũ bonorũ omnium efficacia. Quod in
fine prime partis huius speculi manifestissime cõprobat᷑

Johannis Exegen primissarij in [illegible] 1507


INRI

INspice & fac scd̄m exemplar quod tibi monstratū est in monte. Exodi. xxv. Christus & si persepe mons in scriptura dicatᷦ ratione tamen summitatis excellentissime sue pfectiōis: maxime in cruce exaltatus mōs dicitᷦ: ratiōe summitatis meriti sue sacratissime passionis. In hoc ergo monte christo videlicet crucifixo monstratū est nobis hodie: exemplar: idest speculū diligēter inspiciendū: & efficaciter ymitādū. Non eni sufficit christiano christū passum inspicere. Nam & hoc fecerunt iudei & gentiles sui crucifixores: sed exigitᷦ etiam scd̄m exēplar monstratū opari & facere. Et hoc est quod indicitᷦ cuilibet fideli in ppositis verbis. Inspice videlicet: & fac scd̄m exemplar dominice passionis. Ipsam tibi p intimā cōpassiōem visceraliter incorpando. Et fac scd̄m exēplar: ipsum efficaciter ymitando. quorū vtrūq; nos docet beatus Petrus. i. Petri. i. Christus inquiēs passus est pro nobis. Ecce primū: quod est diligēter cordis oculo inspiciendū. Nobis relinquēs exemplū vt sequamur vestigia eius. Ecce secūdum: quod est efficaciter in facto ymitandū. De his igitᷦ duobus tota nostra versabitur consideratio. Nam & si passiones sanctorū recitantᷦ populis: vt inducantᷦ ad cordis deuotionē: peccatorū contritionē: dei dilectionē: mūdi despectionem: & tribulationū pacientē subportationē: quāto magis passio christi: qui est sanctus sanctorū deus vniuersorū: iudex viuorū: & resurrectio mortuorū. Vt audientes cognoscant q̄ntū deus odit peccatum pro quo moriēdo ppri sanguinē filii sui p grauia vulnera in terrā fundere voluit. Et q̄ntum diligat genus humanū p quo saluandū filiū suum sic durissime passiōi: sic amarissime morti exposuitᷦ: q̄m carū haberet celum quod nisi per mortē filii sui hoibus voluit apire: q̄ntū desiderat: & amat penitentiā hominū: ad quā docendam filiū suū quasi quendam librū suū scriptū in cruce corā oculis omniū expandi voluit. quid eni dicūt lacrime: quid dolor: quid verecūdia: quid vulnera: quid brachia extēsa: quid verba eius dulcissima nisi nostre penitentie motiua Vocauit nos ad penitentiā verbo: vocauit nos euangelio: sed multo magis vocauit nos exemplo. Inspice igitᷦ in hoc speculum: in faciem christi tui: & fac scd̄m exemplar quod tibi monstratū est in monte. q̄ si illud fieri debeat sp hodie tamē: puta in parasceue: ante oculos nobis omnibus specialiter eius passio amarissimaponitᷦ diligētius intuenda: vt ad gratiarūactiōes mens nostra excitetᷦ: & christo passo p nobis compatiatᷦ: quia iuxta dictum domini Leuiti. xxiii. Anima que afflicta non fuerit die hac peribit de populo meo. Dicamus igitur in signū cōpassiōis illud quod sanctus Bernhardus in planctu suo dicit. quis dabit capiti meo aquā: & oculis meis fontem lacrimarū vt fleam die ac nocte donec dominus seruo suo appareat: visu: vel sompno consolans eū. O lacrime vbi sunt flueta gratiarū: fons irriguus salutis mee: venite in cor meū: fluite super genas meas: & date mihi planctum amarū. Ad hunc intuitum inuitat nos idem Bernhardus in persona domini dicens. O homo vide que pro te pacior: vide crucem in qua morior: vide clauos quibus pro te confodior: non est dolor quo crucior. Et tamen cū sit tantus dolor: exterior interior est planctus grauior: p quo te tam ingratum expior. Vide igitur ad gratias agendum ne te audire contingat illud Lu. xvii. Nonne decem mūdati sunt: & nouem vbi sunt. Videq; ad rememorandum iuxta dictum sapientis Ecci. xxix. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit eni p te animā suam.

Diuisio huius speculi.

HOc speculum passiōis domini diuiditur in tres partes. s. in Prohemium. In executionem. Et in conclusionem.

Prohemiū erit dominice passiōis meditatio fructuosa. Executio erit dominice passionis declaratio sentenciosa. Conclusio erit dominice passionis contestatio miraculosa.

Prohemium in se continet decem particulas.

Prima particula erit de exhortatiōe quadam in meditationem passionis domini. fo 2

Secūda erit de modo recordandi passionē domini. 3

Tercia erit de sensatiōe in nobis passionē domini. 5

quarta erit de diuersis modis memorandi passionē domini.

quinta erit de vtilitate seu fructibus quos cōfert meditacio passionis domini.

Sexta erit de sessiōe domini super pullum & asinā 17

Septima erit de eiectione vendentiū in templo. 18

Octaua erit de recessu Ihesu a matre sua. 19

Nona erit de cena domini cum discipulis suis. 20

Decima erit de ablutione pedū discipulorū christi. 21



¶ Exhortatio in meditationem passio nis domini ¶ Particula prima.

CVrrite gentes vndiq; & miramini erga
vos charitatem dei: erga ipsum cecitatem
& maliciā vestrā. Si eni filius dei insepa
biliter voluit humane nature cōiungi: q̃nto libenti
us anima vestra deberet sibi insepabiliter copulari.
Si filius dei voluit charitatis feruore sic vilissimas
cineres sibi vnire: q̃nto auidius deberet vnusquisq;
vestrū ad ipsum recipiendū cor suū dilatare. que
est vesania aie vestre que hoc negligit pocius volēs
stercoribus adherere. Cū nō assumpserit carnē dei
filius vt homo carni adhereret: sed vt sicut ipse in
carne existens carnē afflixit: carnalia cōtempsit: &
ipsi deo semp adhesit. Sic homo carnē suā mortifi
caret: corpalia cōtempneret: & scdm animā se sem
per erigeret ad diuina. O admirabilis cecitas hoīs
qui cū ex anima & carne cōsistat: & ania sine com
paratiōe nobilior sit carne totū ipse suū tempus ex
pendit in ,puisiōe carnis: siue in hiis que caro requi
rit: et animā suā negligit ac si nihil esset: nec ipsam
pascere: nec ipsam nutrire: nec summo bono quie
tare studet: cum tamen hoc leuius: hoc suauius: &
delectabilius sine comparatione valeat impetrari.
Vbiq; enim se homini offert deus: & sui ipsius nisi
mortem filii preciū nō requirit. Corpalia autē sem
per fugiūt: nec etiā cum omni solicitudine: labore:
& anxietate possunt plene possideri nisi forte dica
mus: q̇ ipse plene omnia possidet qui plene oia cō
tempnit. Sed quod magis mirabile est q̇ hoc sibi
facit anima a carne aliq̃ntulū inclinata: non tamen
coacta: nam volūtarie subdit se carni: & carnis be
neplacita adimplere. Et deo se subdere cū omni ex
hortatione beneficiorū collatiōe: & in terna inspi

ratione cōtempnit:etiam in proprio bono dei non vult facere volūtatem. Certe ſi anima nō eſſet peior omni animali deū cui ſimilis eſt ſuper omnia dili geret:& de ceteris nō curaret. Si ergo o anima car nem diligis nullam niſi carnem chriſti ames que ꝓ te et totius humani generis ſalute ſup arā crucis ob lata eſt. quāobrē paſſionem eius cottidie nūc in cor de tuo rumines eo ꝙ ſic in mente hoīs reuoluta ſan guinem chriſti ꝓ nobis offert aſpectibus dei patris Scribit̄ enī in libro de mixtiōibus elimentorū ꝙ ſi interfector videns illum quē interemit ſtatim vulne ra interempti emanāt ſanguinem. Sic ſi deuotiōis oculis intueamur chriſtū quē nō ſolum per origina le:ſed & per ſcelera multa occidimus ſentiemus ex eo emanare ſanguinē per cōpaſſiōem paſſiōis qui tūc offert̄ pro nobis. Nam & ſi claui dicunt̄ ſancti ficati qui tetigerūt membra chriſti:q̄nto magis co gitationes rationales que chriſto inherent & cōpa ciunt̄ ſibi pendenti in cruce. O paſſio delectabilis morſq; admirabilis:ymmo quid mirabilius q̄m ꝙ mors viuificat: vulnera ſanat:& ſanguinē album facit & mundat. Nimius dolor & amaritudo nimi um dulcorē adducit. Apertio lateris cor cordi con iungit. Sol obſcuratus plus ſolito illuminat:ignis extinctus magis inflāmat. Paſſio ignominoſa glo rificat. Chriſtus in cruce ſitiens inebriat. Iuſtis nu dus exiſtens veſtimēta virtutū ornat. Cuius manus ligno conclauate ſoluunt. Pedes cōfoſſi nos curre re faciunt. Emittentes ſpiritū vitā inſpirat:& in lig no diſtenſus ad celeſtia vocat. O paſſio admirabi lis que ſuū meditatorē alienat:& nō ſolum reddit angelicū ſed & diuinū. Nam ꝑ meditationē com morans in chriſti tormentis etiā ſeipſum nō videt: quia dominū deum ſuum ſemp:& ſolum paſſum intuetur. Vult ſecum crucem baiulare & ipſe in cor de ſuo portat celum terrāq; tenentem:quo cū leuiſſi me ſuſtinet omne onus. Vult ſecū ſpinis coronari: & ſpe glorie coronat̄. Vult ſecum in ligno nudus & ſine veſtimento frigeſcere:& tūc amoris nimio accendit̄ ardore. Vult ſecū deguſtare acetum:et dul cedinis potu inenarrabilis potat̄. Vult ſecū exiſtēs in cruce ſibi illudi:& ipſe ab angelis honoratur. Vult ſecū deſpici & fugari & a beata virgine in fi lium adoptat̄. Cum chriſto volens triſtari letat̄. Cū chriſto volens affligi conſolat̄ atq; iocundat̄. Cum chriſto vult in cruce pendere & eū chriſtus dulciſſi me amplexatur. Vult ſecum faciem mortis pallore perfuſam inclinare:& eius caput chriſtus eleuās ſu auiſſime oſculatur. Proinde Bernhardus ait. O bo ne Iheſu credimus & ita eſt:vt qui portet crucem tu am portet gloriā tuā:& qui gloriā tuam portat te portat:te autem portantem tu portas ſup humerum tuum. Humerus tuus altus eſt:fortis eſt:pertingens vſq; ad patris conſeſſum:ſup omnem principatum poteſtatem & virtutem. Illuc reducis ouem centeſi mam. Illuc deducis ouē Ioſeph.etce. Circuire poſ ſum domine celum:& terrā:mare & aridā:& nuſ q̄m te inueniā niſi in cruce:ibi dormis:ibi paſcis: ibi cubas in meridie. In hac cruce anima ſuſpendit̄ a terra & dulcia poma de ligno vite decerpit. In hac domino ſuo adherens dulciter decantat Sulce ptor meus es tu:gloria mea & exaltans caput meū. O mors amabilis. O mors delectabilis:tam nobi liſſimi corporis domini noſtri Iheſu chriſti a quo me nunq̄m velim ſeperari:ſed in ipſo tria taberna cula facere:vnum in manibus:aliud in pedibus:& tercium cōcauū in latere ſuo:illic volo quieſcere & dormire:cōmedere atq; bibere:legere:orare:& om nia negocia mea ꝑtractare. Ibi loquar ad cor eius: & omnia que voluero impetrabo.etce. Sic faciens dulciſſime matris eius veſtigia ſequar:cuius ipſius animā paſſionis gladius ꝑtranſiuit. Securus ipſam de cetero alloquar vulneratus:atq; ipſam ad quod cunq; voluero inclinabo:cū me ſemper videat cum filio ſuo crucifixum.

¶ Exemplum huius exhortationis.

HVius exhortatiōis ad meditandū.ſ.paſſio nem domini. Exēplum habere poſſumus in ſpeculo hyſtoriali Vincentii libro.iij. capi.xiiii.de ſingularibus pſonis quibus data erat gratia ſpecialis. Vbi ſic legit̄:ꝙ in partibus Leodii Iacobus de vitriaco viderit mulieres tam ſpeciali et mirabili amoris in deū affectiōe reſolutas:haut du bie virtute recordatiōis paſſionis domini:vt pre de ſiderio languerent:nec a lecto ꝑ multos annos niſi raro ſurgere poſſent. Nullam aliā cauſam infirmi tatis ſue habentes:niſi illam cuius deſiderio anime earū liquefacte cum domino ſuauiter quieſcentes: q̄nto ſpiritu cōfortabant̄ tanto corpe infirmabant̄ clamantes corde:licet pre verecūdia ore diſſimula rent. Fulcite me floribus:ſtipate malis:quia amore langueo. Aliquibus etiā mirabiliter:& ſenſibili ter dum aīa pre amoris magnitudine liquefieret gene corporales attenuate reſoluebant̄. Multis etiā ex fauo ſpiritualis dulcedinis in corde redundabat mellis ſapor ſenſibiliter in ore:dulces lachrimas eli ciens:& mentem in deuotiōe conſeruās. quedā eti am tantam gratiā lachrimarū perceperant vt quoti ens deus erat in corde per cogitatiōem lachrimarū riuulus fluebat ab oculis ꝑ deuotionem:ita vt lacri marum veſtigia in genis ex cōſuetudine flendi ap parerent:que tamen caput non euacuabāt:ſed qua dam plenitudine mentem refouebāt:ſpiritū ſuaui vnctione dulcorabant:corpus etiam mirabiliter re creabāt:& tanto fluminis impetu totam dei ciuita tem letificabant. Preterea legit̄ ibidem de ſancta Maria deogines:de qua idem magiſter Iacobus in ſumma exiſtens deuotiōe alta voce clamauit ad do minum dicēs. Bonus es domine ſperātibus in te:ve rus es expectantibus te:ancilla tua regnū mūdi:& omnem ornatū eius propter amorem tuū contemp ſit:tu vero centuplum reddidiſti in hoc ſeculo et in futuro vitam eternam. Primitie vero dilectiōis eius crux tua & paſſio tua fuit. Dum eni quadā die pre uenta:& viſitata a te:beneficia que tu in carne hu mano generi clemēs exhibuiſti conſideraret tantā compunctionis gratiam:tantamq; lachrimarū co piam torculari tue crucis expreſſam in paſſione tua adinuenit:ꝙ veſtigia eius per eccleſiā lachrime de ſuper pauimentū copioſe defluentes oſtendebant: vnde longo tempore poſt hanc eius viſionem nec crucis ymaginē intueri:nec etiā loqui:nec alios lo

quentes audire poterat de passiõe christi quin ex de
fectu cordis in extasim laberet. Vnde vt dolorē ali
quãdo temperaret: & fluuiũ lachrymarũ cohiberet
relicta humanitate ad christi diuinitatem & maie
statem animũ attollebat: vt in eius impassibilitate
repiret consolationē: sed vnde fluminis impetũ re
stringere conabat̃ inde mirabiliter maior lachrima
rum impetus oriebatur. Nam cum attenderet q̃ntus
fuit qui abiecta et vilia ꝑ nobis sustinuit rursus do
lor renouabat̃: nouis quoq; lachrimis aĩa eius dul
ci compunctiõe innouabatur. Et reliqua multa ibi
demsi vis ꝑlege.

Oratio.

Domine Ihesu christe fili dei viui propter
tuã inenarrabilem pietatē: matrisq; tue ex
cellentissimã vitã: ac beati Francisci om
niumq; sanctorum merita: concede mihi peccatori
omni dei beneficio indigno: vt te solum diligam:
tuo amore semper ferueã: & opus redemptiõis no
stre sedulo magnificem: tuũ honorem semper sitiã
atq; passiõis tue beneficiũ in corde meo ferã: meam
miseriã recognoscam: & ab omnibus cõculcari &
contempni ꝓpter te desiderem: sic vt nihil me affi
ciat nisi mors tua: nihil me cõtristet nisi culpa mea

De modo recordandi passionē do mini Particula secũda.



Occurrit nũc vt passionem domini nostri
Ihesu christi quomodolibet exercitio trac
temus. De qua ad minus sepcies in die re
cordari debet christianus iuxta sentẽtiã beati Bern
hardi dicentis. Cottidiana christiani hoĩs lectio de
bet esse dominice passiõis recordatio. Cũ nihil sic
cor humanũ accẽdat queãdmodũ sepe & sedula re
cogitata passio et humanitas saluatoris. Id qnomo
do fieri possit hoc modo percipiemus. q. s. quis se
modo presentem exhibeat affectuose: diligẽter: &
morose oĩbus & singulis que circa dominicã passi
onem contigerũt illuc totã mentis aciem vigilanti
bus oculis cordis: oblitisq; aliis curis & solicitudi
nibus exterioribus dirigat ꝑseuerãter: a cibo & po
tu suphabundãti: atq; nimiũ delicato a vestibus &
lectibus mollibus: vana leticia: multiloquio. & lu

sibus exactissima diligẽtia studeat abstinere. Nam
hec oĩa recordatiõi dominice passiõis aduersant̃ vt
infra dicemus. q̃ re necessariũ erit: vt aliq̃ndo intra
cogites te presentē cogitatiõe tua: ac si tunc tp̃is ibi
presens fuisses dum passus fuit. Et ita te habeas i lo
quẽdo: in vidẽdo: in colendo: ac si dominũ tuũ co
ram oculis tuis cerneres pacientē. Ita eni & ipse do
minus in spiritu presens erit: sicut a te cogitabit̃ pre
sens esse. Et accipiet tua vota: & acceptabit tua fa
cta. Interea memoria eius fieri debebit nõ ꝑfuncto
rie: nec cũ festina acceleratiõe: maxime dum tẽpus
aderit: & deuocio sufficiens: & opportunũ: sed cũ
matura & morosa: ac precordiali rememoratiõe: et
flebili q̃dam cõpassiõe. Nisi eni hoc dulcissimũ li
gnũ dentibus affectuose discretionis masticatũ fue
rit sapor eius licet immẽsus nequaq̃m mouebit. ꝙ
si flere quidã cũ flente: aut dolere cũ dolente nõ po
teris: saltim affectu deuoto de tantis beneficiis tibi
ꝑ eũ gratuito exhibitis gaudere: & gratias agere de
bebis. ꝙ si nec affectu cõpassiõis: nec gratulatio
nis desiderio moueris: sed dura te quadã affectione
in eius recordatiõe deprimi sentis: nihilominus in
duricia cordis tui ad laudem dei memoriam salu
tifere passiõis q̃litercũq; ꝑcurre: & quod a te habere
non potes ipsius manibus piissimis cõmitte. ꝙ si
aduc ꝑmanes incõcussus: eo ꝙ in adamãtis duriciē
cõuersus sis: q solo hedi sanguine emoliri poterit.
Offero tibi hedi: pariter & agni incõtaminati op
timi Ihesu sanguinē copiosum: calorē inẽopabilis
charitatis feruentē: q sua fortitudine illũ adamanti
num parietē inimiciciarũ positũ inter deũ & homi
nem omnino cõminuit & dissoluit. In huius ergo
hedi & agni nostri copioso sanguine te o cor ada
mantinũ immerge. iace in illo vt calefias calefactũ
emolliaris: emollitũ vero fontē lachrimarũ emittas
Percute bis silicē: interiori videlicet recordatiõe: &
corꝑali nihilominus labore exercẽs ad pietatē: ꝑ ex
tensionē manuũ: seu oc̃lorũ ad crucifixũ subleuati
onem: vel pectoris tonsionē: aut genuflexiones de
uotas: seu disciplinas & flagellationes: vel cetera si
milia pietatis officia cõtinuãdo: donec egrediant̃
aque lachrymarũ largissime: vt & ratio bibat deuo
tiõis aquas: & corpus animale eius experientia ad
gratiam humilietur: vt statim sequetur.



Quomodo passio domini sentiri debeat in nobis.

Hoc sentite in vobis: qd & in christo Ihesu. Philip. ij. Vt haurietis aqs de fontibus saluatoris: qa exercitatibus se fidelr i passiõe de fõtibus vulnerū hauriēt oia genera gratiarū: vt sepe dictū est. Habet naq; talis exercitatio gradus suos quibus mediātibus ad pfectionē ois sanctitatis possumus puenire. Debemus ergo ad Pauli ammonitionē passionē domini sentire in nobis. Primo in intellectu. Secūdo in affectu. Tercio in effectu. quarto in defectu. quinto p despectū Primo dico in intellectu: ipsam attentius cogitationibus ymitādo. Iuxta dictū Iheremie dicētis i psona domini. O vos oēs q trāsitis p viā attēdite & videte si est dolor. etce. Attēdite. i. attenta mente cogitate: si est dolor silis sicut dolor meus. quod tūc fideliter agit: cū attenta cogitatiōe magis q̄m deuotione passio domini cogitat. Cogitatio eni a cogendo dicit: eo q in tali negocio cū gratia nō occurrerit intellectū nostrū cogere nos oportet. De q̄ coactione dicit Bernhar. Cogant sensus in vnū ad disciplinā bone volūtatis: nec lasciuire eis vacat pondere laboris subacti: & hūiliati in obsequiū spūs. De hoc conatu cogitationū nostrarū dicit in Deutero. Caue ne vnq̄m obliuiscaris domini dei tui qui eduxit te de terra egypti p beneficium passiōis. Semp eni possumus cogitare: licet nō semp possumus deuote meditari. Et ideo ad cogitandū deū semp precepto vrgemur: licet ad meditādum ipsum deuote: qd est gratie nō obligemur. Et idcirco eandē domini memoriā cōtinuare docemur Deutro. v. vbi dicitur. Meditaberis ea sedens i domo tua: & ambulās in itinere dormiēs: atq; cōsurgēs: & ligabis ea q̄si signū i manu tua: & mouebunt ante oclos tuos scribēsq; ea i limen & in ostiis domus tue. quod licet scd̄m litteralē sensum de mādatis domini sit preceptū: pōt tamē tāto cōueniētius ad passioēē domini retorqueri q̄nto magis est deū p nobis passionē sustinuisse q̄m aliqd mādasse. Hec est eni lex beneficiorū dei q q̄nto magis est beneficiū tāto minus debemus obliuisci. Sūt autē omnes domini passionis pticule fideliter colligēde: domino dicēte. Colligite fragmenta ne pereāt: & p modū fasciculi memorie cōmēdande: qd faciebat in cāticis primo dicēs. Fasciculus mirre dilectus meus mihi. qd exponēs Bernhar. dicēs. Ego fratres abeūte mea cōuersionc p aceruo meritorū que mihi deesse sciebā hunc fasciculū mirre colligare: & inter vbera mea collocare curaui: ex oibus anxietatibus & amaritudinibus domini mei collectum. Primū videre licet infantulū illarū necessitatū: deinde laborū quos ptulit in predicādo: fatigationū in discurrēdo: in vigiliarū: in orādo: temptationū in ieiunādo: lachrimarum in cōpaciēdo: insidiarū in colloquēdo. Postremo periculorū in falsis fratribus: cōuiciorū: sputorum: colaphorū: subsannationū: exprobrationū: et similiū: que in salutē nostri generis silua euāgelica copiosissime noscit ptulisse. Hec meditari dixi sapientiam. In hiis iusticie mihi pfectionē constitui. In hiis plenitudinē scientie. In hiis diuicias salutis. In hiis copias meritorū. Ex hiis mihi interdū potus salutaris amaritudinis. In hiis rursum suauis vncio consolatiōis. Hec me erigunt in aduersis: in prospe ris reprimūt: & inter leta tristiaq; vite presentis via regia incedendi tutū prebet vtrobiq; ducatum.

Quomodo passio domini sentiri debet in affectu.

Secundo passio domini que vsq; huc in intellectu est memoriter ptractata transit in affectum: vt non solum per intellectū cogetur: sed vt meditātis deuotio p affectū inflammetur: quia si fideliter agit intellectus in eo quod potest cito mutat in affectū: vt passio domini nō solum in intellectu cogitet: sed affectus p pietatem & cōpassionē inflammet: quod nos ammonere studuit dominus cū in canticis. viij. sponse diceret. Pone me sicut signaculū super cor tuū. Signaculum eni: siue sigillū cere impressum relinquit ibi suā ymaginē. Sic vult deus: vt suā passiōem cordi nostro taliter imprimamus p cōpassionis affectum vt relinquat in nobis vestigiū sue passiōis: ita videlicet: vt scd̄m ihesum rubricatū in cruce per virtutē compassiōis deuotio in nobis similiter rubricetur: quod ammonere studuit Moyses dicens. Asperget de sanguine eius. i. christi parietes altaris. Et huic secundo gradui: debet Pauli ammonicio in verbo ppositio: cū dicit. Hoc sentite in vobis. Sentit autē hoc modo in corde dupliciter. s. p amarū affectum compassiōis: cum tanta cōpassione meditat christi passio vt amarissimas lachrimas eliciat deuocio: vt dicere possit deuotus homo illud Ecci. xli. O mors q̄m amara est memoria tua. Secūdo sentit in corde per dulcissimū affectum deuotionis: cū eandem domini passionem tam intimissime meditamur vt talis deuotio dulcissimas lachrymas eliciat. Vt sit quod i Iudith dicit. Fontes amari obdulcorati sunt quod figuratū est Exodi: vbi iussit dominus amarā aquam per virgam amari ligni tangere: & ex his duobus amaritudinibus facta est aqua dulcis. quid eni p amarā aquam nisi amara domini passio: & quid per virgam que in longum ptendit: nisi longa meditatio designat: per quam cū domini passionem tangimus vertitur in dulcorē. Hinc est q ex hoc affectu cantat ecclesia. Dulce lignū: dulces clauos: dulce pondus sustinet. q eni ihesu p nobis paciēti fuit amarissimū nobis in deuotiōe adorantibus interdum fit dulcissimū. Hee ergo due deuotiones: dulcis videlicet: & amara ex affectu passiōis domini hauritur: quod supra insinuauit Bernhar. cum diceret Ex hiis interdum potus salutaris amaritudinis hauritur. Et rursus ex hiis sua vncio propinatur.

Quomodo passio domini sentiri debet in effectu.

Tercio passio domini sentiri debet p effectū: vt videlicet de iteriori affectu i exteriorē opis effectū ꝓcedat vt dū passio que intus hoiem deuotū afficit: exterius p exhitiōem opis declaret. Vnde Prouer. xxiiij. Prepara foris opus tuum. i. deuotionē quā intus cōcepisti p affectū exterius ire iubeas per opis effectum: quia sicut dicit Gregorius. Probatio dilectionis est exhibitio opis. Sic probatio compassiōis per exhibitiōem exteriorum operū declarat. Vnde. ij. Regū. dicit. Omnia que habes in corde tuo fac: quoniā dominus tecum est: Ac si diceret: quicquid boni corde cōceperis per exhibitionem operis exterius declaret. Sicut dicit Exodi. xij. Fac iuxta exemplar: quod tibi mōstratum est in monte. Ac si dicat. Fac. i. opere pfice iuxta exemplar quod in animo concepisti. Vnde Luce nono dicit nobis deus. qui vult venire post me abneget semetipsum: et tollat. s. per effectum operis crucem suam. Et aplus Corin. viij. Ostensionē charitatis vestre ostendite in faciem ecclesie. Et Pe. ij. Christus passus est ꝓ nobis relinquens exemplum vt sequamur ipsum. nō dicit afficiamur: sed sequamur: idest opere ymitemur. Vnde tunc cōuenienter passionem domini per effectum opis sentimus quando ea que passus est dominus tam duris & aspis laboribus ymitamur: vt per talia dura & aspera exercicia corpus attenuat: & caro & sanguis minuatur: vt veraciter illud Regū. iij. nobis valeat applicari. Effudit sanguinē belli in pace. Sanguinē eni in pace effundere dicūtur dum per carnis maceracionem & corporis castigatiōem sanguis minuit in palloremː facies cōmutat. Talis eni exercitatio nobis ꝓ martyrio reputat: per quod veraciter passiōi domini recōpensamus. Vnde Bernhar. Veri martyrii genus est: & effusio quedam sanguinis in cottidiana corpis afflictiōe. Illo nimirū quo cedunt membra ferro horrore quidam mitius: sed diuturnitate molestius. Sic quippe infirmis: & pusillis corde: necesse est vt quem semel ponere ꝓ christo nō sufficiūt saltim mitiori quodam sed diuturniori martyrio sanguinem fundant. Sic deuoti homies gloriose sentiunt in se per effectum opis domini passionē: quando per dura & aspera exercitia corpus mactat: vicium castigat: caro mortificatur: & omnis virtus corporis attenuatur.

Quomodo passio domini sentiri debet in defectu.

Quarto passio domini sentiri debet in defectu: vt videlicet in recompensam passionis eius omnem pauptatē & penuriā sufferamus. Omne quod scdm hominē delectat: vel vnqm preter necessitatem tenuem admittētes: dicentes cū Iob. Donec deficiā nō recedam ab innocentia mea: vt inedia & squalore pene cōsumpti dicere possimus illud Psal. Defecit in dolore vita mea: caro mea: & cor meū. Talis eni defectus tam rerū: qm omniū que scdm hominem delectant sanctis in hac vita ꝓ martyrio reputat: quā defectionem si propter deū efficaciter tenuerimus cōpetenter sue passionis facimus passiōi. Vnde Bernhar. Veri martyrii genus est voluntaria paupertas. Descendit deus ab inenarrabilibus celi diuiciis: & veniens in mundum nec istas qualescunqꝫ diuicias habere voluit: sed in tanta venit pauptate vt natus continuo poneret in presepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. Vnde cuidam querenti ab eo. Magister vbi habitas. Respondit. Vulpes foueas habent: & volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suū reclinet. In hac defectiōe stetit apostolus cū. ij. Corin. ix. ait. In laboribus plurimis: i carceribus habūdantius: in plagis supra modū: in mortibus frequēter. Et sequit. Periculis fluminū: periculis latronū: periculis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis in solicitudine: periculis in mari: periculis in falsis fratribus: in labore: & erumpna: in vigiliis multis: in fame: & siti: in ieiuniis multis: in frigore: & nuditate. His oībus qnto ꝓfundius nos immergemus tāto passionē domini sentimus ꝓximius p defectū

Quomodo passio domini sentiri debet per despectum.

Quinto passio domini sentiri debet per despectū: idest per ꝓfundam humilitatem nos incinerare debemus. dicentes semper in cordibus nostris: & dicēdo gementes. Ego sum reus mortis christi: quia ꝓ me passus: nec vicem reddo cōdigno beneficiis eius: vt quod minus exhibemus in opere: in spiritu cōtrito & humili recōpensemus. Vt qui se ꝓ nobis humiliat vsqꝫ ad mortem: mortem autem crucis: nos ꝓpter eum humiliemur tanqm rei & culpabiles sue mortis. Hiis duobus modis deum ꝓ nobis passum sentire debemus: qa eisdem duobus modis nos fuimus in eo. Fuimus eni in intellectu eius ab eterno. Vnde Esaie. xlix. Nunquid obliuisci potest mater infantem suū: vt non misereat filio vteri sui. & si illa oblita fuerit: ego tamen nō obliuiscar tui. Secūdo fuimus in eo in affectu: quod p Ieremiā insinuare curauit: dicēs. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans tui. Tercio fuimus in effectu operū eius. Omnem eni carnis dispensationē opatus est deus qppe qui ex oībus hiis que fecit et passus est in carne nullam sibi vtilitatē est penitus cōsecutus. Vnde Bernhar. Enumeratis oībus humanitatis: humilitatis sue opibus laboribus: & sudoribus: dixit. Sed qs scit si hec dispensatio data est mihi: & respōdet: mihi data est: qa alteri dari non potuit. Nunqd angelo: sed ille nō eguit. Nunqd dyabolo: sed ille nō resurget. Deniqꝫ nō in silitudinē angelorū: absit aūt vt i silitudinē demonū: sed in silitudinē hoim factus: & habitu inuētus vt homo. quarto habuit nos in defectu: qa omnē defectū: & miseriā: pauptatem: famem: & sitim ꝓ nobis sustinuit. Corin. viij. Christus cū diues esset ꝓ nobis factus est paup: vt illius inopia nos diuites essemus. quinto habuit nos in despectu: omnem contumeliā: despectionem subsannatiōes: & quicquid in similibus ꝓ nobis: sustinuit: vt nos ad gloriā suam promoueret: et nos qui hoc meruimus patri reconciliaret.

De diversis modis memorandi passionem domini. Particula quarta.



De diversis modis memorandi passionem domini scire debes q circa passionem domini nostri Ihesu christi homo se debet habere sex modis. Primo vt eam cõsideret ad ymitandũ. Secundo ad compaciendũ. Tercio ad ammirationem. quarto ad exultatiõem. quinto ad resoluendum. Sexto ad quiescendum. Ita vt ymitacio sit ad purgatiõem & directionẽ. Compassio ad vnionem & amorem. Ammiracio ad mentis eleuationem. Gaudiũ & exultatio ad cordis dilatationẽ Resolutio ad pfectam cõformationem. quies & pausatio ad deuotiõis cõsummationem. De hiis singulariter aliqua breuiter hic annotemus: vt passio hec amorosi Ihesu affectũ nostrũ magis inflammet. Intellectum illuminet. Et memorie seu menti nostre fortius imprimetur.

Quomodo consideratur passio ad ymitandum.

Passio christi primo cõsiderari debet ad ymitandũ. Nam christi ymitacio summa & perfecta pfecti est religio regula: & exemplar pfectiõis omnis vite: & veritatis. s. ymitari in passiõe & in morte: p morosam meditationẽ: affectuosam cõpassionem: & virtuosam opatiõem: vt. s. regula nostra & modus bene viuendi quo mereri cõtigit sit passio saluatoris. Cũ ipse sit q̄si liber positus in pulpito crucis: vbi obedientiã: pacientiam: humilitatem: & charitatem edocuit: que sola nos feliciter coronãt. Discamus autẽ hic specialiter quõ se habuerit in caplo q̄d sibi tenebat. Vnde ait Bernhar. Stetit Ihesus corã preside iclinato capite: vultu placito: sermone raro: voce submissa: defixis in terram aspectibus: ad obprobria & verbera prõptus: que cũ nos hic quõlibet facere negligimus ipsum ymitantes quo merito potiri speramus. Profecto iam tãto amplius desolamur q̄nto ab hoc exẽplari et regula amplius elõgamur. Semp ergo q̄ntũ i nobis est velimus ab oĩbus cõculcari: deiici: & vilipendi illudi: persecutionem pati: flagellari: & in diuinis obsequiis ,pter christum exprobrari. Simus nudi cum nudo: nil penitus cupientes habere: ymmo & aliquid habere sit nobis pena grauis: & cordis dolor acutissimus. Abhorremus delectabilia & dulcia degustare: & potius vilibus & amaris cibari: cũ ipse aceto & felle potatus sit. Et in summa breuiter cõsideremus que ipse ,p nobis sustinuit. Et in passiõibus qualiter se habuit: vt eidem q̄ntũ possumus cõformemur. Nam sine ymitatiõe: & aliquali cõformatione ipsius christi pacientis passio eius non saluat. Iuxta illud quod dicit Esaie. xlix. Vbi filius conqueritur patri de non ymitãtibus dicens. Inuacuũ laboraui sine causa: et vane fortitudinem meã consumpsi. Silr & Ihere. v. Frustra conflauit cõflator: malicie eni illorũ nõ sunt cõsũpte. Glosa. Per solam passionem nisi etiã cõiungerent ymitationem. Vnde Gregori. Si nos hic delectabilia querimus: quid in futuro speramus? qui non gemit peregrinus: nõ gaudebit ciuis domesticus. Proinde q̄nto te ditiorem: & in honore: & consolatiõibus corporis habundantiorẽ videris: tanto iam magis & ,pfundius contristari debebis. Eo q hoc modo magis a similitudine cõformatiõe christi summo salute tua: & consolatiõe diuina elongaris. Oportet igitur si volumus conregnare cum christo vt patiamur pro christo. quia non est discipulus supra magistrum. Cum in mundo isto quasi in stadio certaminis positi sumus: vbi christus mortuus est: merito qui hic liuores & plagas nõ susceperit in futuro iudicio miles ingloriosus apparebit. Et ideo dicit Grego. exponens illud angusta est via que ducit ad vitam: quia oportet viuere in hoc mũdo: & tamen de mundi concupiscentia nihil habere: aliena non appetere: ,ppria non tenere: laudes mundi despicere: honorare despicientes: mala nocentum ex corde dimittere: & erga eos dilectionis gratiã immobilẽ in corde retinere: que omnia cristus impleuit in hac vita dans nobis exẽplum vt sequamur vestigia eius que vie q̄ntum in presenti vita ,p ipsa viuẽdi cultodia angulte sunt tanto amplius in eterna retributione dilatant. Vnde Psal. In tribulatione dilatasti mihi. Profecto viri sancti cum sibi suppetere ,pspera huius mundi conspiciunt pauida suspitiõe turbantur timentes ne hic laborũ suorũ fructum recipiant timentes ve q diuina iusticia latens in eis vulnus aspiciet: & exterioribus eos muneribns cumulans ab intimis repellat.

Quomodo consideratur passio domini ad compaciendum.

Secundo debemus considerare passionem domini ad sibi compatiendum Puta. vulnera: illusiões: et obprobria eius in corde nostro ruminãdo simul q ymaginando: q̄nta fuerit deiectio contemptus atq dolor: & afflictio in corde & in corpore suo: vt dictum est: quãta amaritudine re

pletus fuerit tunc dulcedo angelorum: q̃ntum eum aggrauabat: nō tantum illacio pene: sed & nostra ingratitudo: & assistentis matris afflictio: quā sic diligebat: a qua tantum diligebatur: vt quasi pre compassionis dolore videret deficere. Magnam materiam flendi habemus: dum ratio passionis & compassionis sue peccata nostra fuere. quid si in time cogitemus q̃ fuimus occasio necis vnigeniti filii dei: rei lese maiestatis. Ipsius transfigāt cordis nostri intima: conuicia: flagella: & vulnera eius nec sit in nobis quod non p̄fundatur compassiōe: non affligetur pena & dolore: ymmo sic ipsum se dulo plangemus sicut filiū vnigenitū sua mater O q̃ntum debes illum qui pro te passus est diligere im pendere munus sibi vicarie charitatis. Studeas igi tur q̃ntum potes te illi perferuentissimū amorē asso ciari. Nam q̃nto feruētius eum diligis: tanto magis sue passioni compacieris. Angebunt eni se mutuo passio et dilectio donec p̄uenīt ad summe p̄fectū. Doleamus igit̄ & condoleamus sibi: cōfidētes si ne dubio q̃ eius consolatiōis socii in futuro effici mur si eius tribulatiōis i presenti socii inueniemur. Nec eni ꝑ ipso pie lugētibus gloriā suam denega bit: qui nec magdalene dolenti & ipsum querenti resurrectionem suam occultare voluit: sicut ait apo stolus. Si tamen compatimur vt & simul glorifice mur. Vnde ait veritas. Beati qui persecutiōem paci untur ꝑpter iusticiā: idest christum: quoniā ipsorū est regnū celorum. Si igit̄ exceptus es a passione fla gellorū exemptus es a numero filiorū. Exinde colli gere poteris q̃ bona vita non in bene viuere seu va lere sed potius in mala pati consistit: q̃m q̃m vulgo dicatur: q̃ qui se bene pascit bene viuit: mentita est iniquitas sibi. Nam q̃nto natura ait Gerson ampli us premit̄ & vincit̄: tanto maior gratia infunditur et cottidie nouis visitatiōibus interior homo sc̄dm ymaginem dei reformat̄. In veste igit̄ nobilissima passionis quā ipse met ꝑtulit deus creator omnium creatura sibi cōformatur: vnitur: & incorporat̄ Vn de Grego. Flagellum interius & exterius glorificat creatorem: compellit nolentem: erudit ignorantem custodit virtutem: ꝑtegit infirmitatem: excitat tor pentem: humiliat superbientem: coronat innocen tem: & incitat ad mortem semper viuentem. Deo gratias qui nos vincere fecit in domino nostro Ihe su christo filio suo Amen.

Quomodo consideratur passio ad am/ mirandum.

TErcio consideremus passionē domi ni ad ammirādum. s. quis. que. & ꝑ quibus passus est. Vnde multum mira ri debemus: quis. s. dei filius deus ho mo summe bonus: potens & sapien tissimus: que ꝑegrinationē: fugam: famam: sitim frigus: calorem: tempestates: horrores: persecutiōes obseruationes: vincula: flagella: illusiōes: & dolo res: de quibus supra diximus. Vnde conspuitur glo ria. contempnit̄ iusticia: iudex iudicat̄: inoffensus inculpatur: innocens infamatur: deus blasphemat̄: christus conculcat̄: vita occiditur: sol obscuratur: lu na denigrat̄: sydera disperguntur. Hec oia & mul to plura pertulit Ihesus noster amorsus pacienter: vt agnus qui ducit̄ ad victimam: qui solo nutu om nem posset creaturam demergere in profundum in ferni. Sed ꝑ quibus hec patitur: ꝑ sceleratissimis inimicis: ꝑ nequissimis mancipiis: pro contempto ribus diuine maiestatis: et pro ingratissimis diuine pietatis. Cum ergo talis ac tantus talia & tanta ꝑ tam vilissimis & abiectis: ac specialiter ꝑ dilectis quibus omnem benignitatem ostendit passus sit. quis satis poterit admirari: pariter & dolere: cum a vilissimis stultilissimis et impiissimis: maximus: sa pientissimus: summe pius: mundissimus & sanctis simus a sanie fetitissima splendor eternus. In hiis oibus ad diuine pietatis ammirationem eleuemur: nimirū cum et ipse de carne sua suo sancto sangui ne rubricata fecit reclamatoriū ad reuocandū aues venaticas que de manu nobilis euolaūt. Osee. xii. Effraym quasi auis euolauit que nimis impiguata si non redeat nec ꝑ voce reclamantis: nec pro recla matorio ostendentis dimittam eam dyabolo. Pro uer. i. Vocaui & rennuistis: extendi manū meam et non fuit qui aspiceret. Et sequit̄. Ego quoq; in inte ritu vestro ridebo. Silr̄ & q̄mmulte alie occasiōes ammiratiōis que hincinde sparsim videas in diuer sis capitulis signanter in capitulo exhortationis.

Quomodo consideratur passio domini ad exultandum.

QVarto consideremus eam ad exultan dum. Exultare in ea debemus de redē ptione humana. de restauratiōe ange lica. & de clementia diuina. De re demptiōe humana sine dubio nimis gaudere debemus facta per christi redemptionē & mortem. quis queso nō exultet & gaudeat dū cer nat se per hanc redemptū a damnatiōe eterna: a cul pe ignominie: a potestate dyabolica: & a miseria gehenne. Exultemus etiā q̃ p̄ cristi passionē restau rata est angelica ruina. Magna preciositas debet es se nobis cum videmus per christi mortē tam nobi le collegiū repari de nobis vt fiat vnū ouile: et vnus pastor: & simus vnū in vno. Precipue autem exul tare debemus cernentes in predictis omnibus sum mam domini nostri Ihesu christi clementiā. Nam vbi queso magis apparet benignissima domini no stri clemētia q̄m in passiōe sua nobilissima: vbi tā turpia tam amara & grauia sustinere voluit ꝑ ini mico suo liberādo: & glorificando: qui puniēdus erat morte potius eterna. Vnde dicit̄ Gene. xlix. In undationes maris quasi lac sugent: thesauros altissi mos arenarū: quod intelligit̄ etiā de succione dulce dinis depurate que fit in cōmunicando corpus do mini quod in memoriā immensitatis passionū & doloris christi accipit̄ quibus tunc redempti sumus Huic dicitur i Esal. Adhereat lingua mea faucibus meis si nō meminero tui. Faucibus eni lingua ad

heret quando querit corporales seu temporales faucium delectationes contemptis spiritualibus. Dulcedo eni a sacramento redundat in fauces bene dispositos: sicut inundacio que maris dicitur: quia memoriale est domini abeuntis. Et hee consolationes sunt thesauri sup aurũ & topasion. Et sunt occulti quia nemo nouit eos nisi qui accipit. Psal. sup aurũ & lapidem preciosum multum: & dulciora super mel & fauum. Habẽtes eni illam memoriã habundantie illius passiõis de plenitudine eius eructẽt suauitatem & exultent in iusticia habundantissima ad omnem plenitudinẽ gratiarũ. Vnde Esaie vlti. Gaudete sup eam gaudio vniuersi qui lugebatis super eam: & vt sugatis & repleamini ab vberibus consolatiõis eius vt mulgeatis & deliciis affluetis ab omnimoda gloria eius. Luctus eni sup tristicia iherusalem est. In passione gaudiũ est in cõmunionis delectatiõe. Et illa est vt sugãt fideles vbera quibus hec passio hoc sacramẽtum vbertim fundit lac candoris: & veritatis & dulcedinem virtutis. Et sic vbera ista pressa manu deuotiõis mulgamus: & deliciis in cõsolatiõe spiritussancti affluamus ab omnimoda gloria ipsius quã in deliciis istius sacramẽti manifestat sumptum recordatiõe dominice passionis. Poterit adduci hic etiã illud euangeliũ dictũ q. s. plus gaudiũ erit angelis in celis sup vno peccatore penitentiã agente q̃m super nonagintanouem iustis. Hic autẽ christus. s. crucifixus erat ille peccator magnus qui ꝓ oĩbus penitentiã agere voluit.

Quomodo consideratur passio domini ad resoluendum.

Quinto cõsideremus beatissimã passinem christi ad cordiũ nostrorũ resolutionẽ p christum dominũ. Et hoc per perfectam transformationẽ in ipsum quod fit dum nõ solum ymitatᷣ: compatiᷣ: ammiratur & exultat: sed & etiam totus homo quoddãmodo cõuertiᷣ in ipsum. s. dominũ nostrum Ihesum christũ crucifixũ: vt iam quasi vbiq; & semper crucifixus occurrat: ymmo extra se iam penitus: & supra vniuersa eleuatus abstractus ab omnibus: & conuersus in dominũ suum passum: atq; crucifixum ꝓ nobis: quod nõ fit nisi huius sacramentalis cibi ad cibatum: sumpti sacramentaliter siue etiam spiritualiter in memoria & recordatione passionis domini aliqua sit cõgruitas sumpta ex similitudine. Dicũt eni Philosophi q; nihil nutrit nisi simile: & ideo cum cibus iste maxime nutriat oportet maxime sit similis. Hec autem digestio cibi fit in eo q. conuertiᷣ in alterũ: & ideo quia cibus etiã materialis conuertitur ad corpus cibatũ: oportet q; digestio fiat in cibo & potu. i. Regũ. i. Digerere paulisper vinũ quod mades. In cibo autẽ isto spirituali quia non conuertitur ad nos: sed nos cõuertimur ad ipsum: oportet q. digestio fiat in nobis ad illius cibi salutaris similitudinem. Et hec in quinq; consistit congruitas cibi ad cibatũ ex similitudine. s. In nostra ad cibum digestione. In ymaginis similitudine. In nature cõformitate. In cõuersationis pulchritudine. Et in nostre miserie scdm penas idetractabiles susceptiõe. quod Albertus magnus declarat ad longũ in libro de eukaristia caplo de cibi huius sacramentalis ad cibatum vel nutritũ congruitate ex similitudine.

Quomodo consideratur passio domini ad quiescendum.

Sexto consideremus illam beatissimã passionem ad quietem dulcoris. qd sit cũ iam resolutus conuersus & trãsformatus quali modo vt iam dictum est in dominiũ aduc sitibundus eandem passiõem ruminare nõ cessat intrans scdm suum posse in illum passiõis thesaurũ humiliter et deuote liquescens amore & deuotione feruida: quoddammodo deficiens a seipso: & quiescens in christo Ihesu domino suo ꝓ se crucifixo. Et tunc q̃nto plus deficit a seipso amore & deuotiõe: tanto plus eidem dilecto ꝓ se mortuo inheret & quiescit: ita vt se mutuo augeant adhesio: & amoris deuotio: quia sicut supra diximus q̃nto natura plus premitur. etce. amore languet atq; vinciᷣ tanto magis ad terminũ ipsius amati fluit: maior gratia infunditur et cottidie nouis visitatiõibus interior homo scdm ymaginẽ dei reformaᷣ donec totus deficient absorbeatur ab illo camino amoris passiõis dilectissimi Ihesu. Sicut in amplexibus sponsi sponsa quiescẽs clamitat. Adiuro vos filie syon ne euigilare facietis dilectã donec ipsa velit. Hec penetratio. s. sponse ad sponsum: cibi ad cibatum quã habet a subtilitate & ruminatiõe intelligitur ex precedẽti cõgruitate sumpta ex similitudine: vt & cõsequẽter deducit Albertus magnus loco preallegato quod videre poteris ibi. Nimis longum eni esset hic declarare.

Viginti fructus seu vtilitates dominice passiõis scdm numerũ alphabeti.

Particula quinta.



V Enerabilis pater Reinhardus de Landenburg sacre theologie lector ordinis sancti Augustini in suo passionario posuit viginti fructus seu vtilitates quas cōferat meditatio dominice passionis scd̄m ordinem seu numerū alphabeti vt infra notamus.

A ¶ Animorum purgat feditatem.

Iohan.i. Sanguis christi emūdat nos ab omni peccato. Et Appoca.i. Lauit nos in sanguine suo. Et ideo christus suam passionem vocauit baptismum Luce.xii. Baptismo habeo baptisare: & quoniam coartor vsq; dum perficiatur. Et ideo peccatores volentes mundare cōscientias a peccatorū & viciorū maculis sepe meditentᷣ passionē christi. Omnis enī mortalis culpa quoddam scutum est dyaboli ne de mentibus expellatur hominū: hoc scutum christus in cruce confregit per passiōem & mortem. Vnde ꝓpheta alibi ait. Arcū cōteret & confringet arma: & scuta: idest peccata comburet igne: pro igne more grecorū: hoc est cum sua sanctissima passione feruida & ignita charitate. Proinde dicere possumus ꝙ septē scuta idest mortalia peccata hoc igne combussit. Primo superbiā capitis inclinatione: p quā videbatur titulum crucis fugere in quo scriptū fuit rex iudeorum. Secundo inuidiā: brachiorū extensione quasi ad amandum & amplexandum. Tercio auariciā: multorū erogatione que in passiōe largitus est. Vnde Bernhar. Disce christiane q̄ntū debeas christum diligere qui se dedit pro nobis carnē suam in cibum: sanguinē suū in potum: aquā lateris in lauacrum: vestem crucifixoribus: corpus discipulis: & matrem Iohanni. quarto accidiā: ad passionem festinatione. quinto iram molli responsione. Sexto gulam aceti & fellis potatiōe. Septimo luxuriā: lateris vulneratione. Ideo bene dicere possumus ꝙ memoria dominice passionis animorum purgat feditatem.

B ¶ Bellatorū roborat pusillanimitatē

Confortat enī bellatores: tam in bello tpali q̄m spirituali. De temporali patet in Constantino qui crucis signum faciebat preferri suo exercitui vt militibus pugnantibus passio domini robur daret: et ibidem legitur ꝙ cum quidam ex timore tale vexillū crucis a se daret ipse statim vulneratus fuit & solus de exercitu corruit. De spirituali patet: qa ex passione christi sola est victoria.i.Corin.xv. Deo gratias qui nos vincere fecit per dominum nostrum Ihesum christum.

C ¶ Christianorū excitat tepiditatem

Talis enī meditatio excitat tepidos ad deuotiōem. Vnde Hebreo.xii. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: hoc est obprobriū: & passiōem: vt nō fatigemini animis vestris deficientes: quasi diceret si memores dominice passiōis fueritis nullum tedium in operibus meritoriis habere potestis.

D ¶ Dyabolorum fugat potestatem.

Vnde Augustinus. Signum crucis a nobis expellit exterminatorem: si tamen cor nostrum deum habeat inhabitatorem: vnde Dauid spiritū malignū in cithara sua compescuit: non quia tanta vis esset in cythara: sed in signo crucis que in ligno cithare & cordarū extensiōe gerebatᷣ. Ideoq; etiā ad omnē suggestionem dyabolicam recurrendum est ad meditationem passionis christi & signaculum crucis per quod terretur & fugit dyabolus: sicut terretᷣ & fugit canis baculo eleuato: eo ꝙ cum ille semel percussus est. Vnde Esaie.iii. A voce domini pauebit assur virga pcussus. Assur vero negociator interpretatur: & significat dyabolum qui circuiens & querens quem deuoret. Nunq̄m ocio vacat hic i signo crucis fideliter inuocato in noīe sancte trinitatis terribiliter pauit virga crucis in passione percussus. Insuper & sicut miles supatus in duello siue bello cōfunderetur morari in camera vel in domo in qua ꝓstracio sua depicta esset: nec ibi maneret. Sic diabolus prostratus per dominicā passiōem nullo modo morari potest in anima in qua passionem domini cum vigore memorie depictam aspicit.

E ¶ Erroneorū reuocat pusillanimitatē.

Nam christus de sua carne suo sanguine rubricata fecit reclamatoriū ad reuocādū aues venaticas cū de manu nobilis euolāt. Osee.xi. Effraym.i. piguis & augmētatus sicut auis auolauit & nimis ipigua tus si non redierit ad vocē declamantis: vel ad reclamatoriū ostendētis dimittat cū dyabolo. Ideo scribitur Esa.xliiii. Reuertere ad me & ego suscipiam te. Periculosum est tali vocationi nō obtemperare. Vnde Prouer.i. Vocaui & rennuistis: extendi manus meas & nō erat qui me aspiceret: ego quoq; in interitu vestro ridebo.

F ¶ Flagitiorū debilitat pronitatem.

Talis enī meditatio extinguit fomitem libidinis. Vnde Augusti. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio recurro ad vulnera christi. Cum me premit caro recordatione vulnerū domini mei resurgo. Si ardor libidinis moueat membra mea recordatione filii dei extinguūtᷣ. Tanta enī est vis crucis dicit Origenes: vt si ante oculos ponatᷣ & in mente fideliter teneatur ita vt in ipsam mortem christi intētus oculus mentis aspiciat: nulla concupiscētia: nulla libido: nullus furor: nulla supare potest inuidia: sed cōtinuo ad eius presentiam ille peccati et carnis fugatur exercitus.

G ¶ Gaudiorum donat vbertatem.

Ex memoria enī dominice passionis oritur gaudi

um deuotionis: iuxta illud Esaie.xii.Haurietis.s. de ꝓfundo mysterio diuine pietatis aquas:idest habundantiã lachrymarũ in gaudio.s.deuotionis:de fontibus:idest vulneribus habundanter sanguinẽ semel producentibus indeficiẽtibus vero gratiam promerentibus saluatoris:idest christi. Anima enĩ deuota de tali meditatiõe:ait in cãticis. Sub umbra illius quem desiderabã sedi. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Canti.ii. Vnde celestinus. Cũ sancto idest cum sanguine tincto:sancti idest sanguie tincti sunt qui crucifixo crucifixi sunt dolori eius condolentes amori eius cõgaudentes:sanguinẽ eius bibentes:carnem eius manducantes:crucẽ amplexantes:vulnera lingentes per latus lancea eius apertum ad eius sup dulcissimũ cor intrantes atq; ei se clauo eterni amoris inseperabiliter conclauantes.

H ¶ Horrorum vitat perpetuitatem

Talis enĩ meditatio sepe facta liberat a penis inferni. Colo.ii. Expolians principatus & potestates. Glosa. Inferni traduxit confidenter. Ex quo patet ꝙ qui se hic non occupat in meditatione passionis christi signũ est dãnatiõis eterne. Vnde Grego. Cibus mẽtis ẽ sermo diuinus:& precipue passiõis cristi. Et q̃si acceptus cibus in stomacho:languente reicitur:quando auditus sermo in ventre memorie nõ tenẽt:sed quisquis alimenta nõ retinet huius profecto vita desperatur:eterne ergo mortis periculũ formidate si cibum quidam sancte exhortationis accipitis:sed verba vite.idest alimẽta iusticie in memoria nõ tenetis:vnde Bern. Iusto dei iudicio ille moriturus credit & dampnãdus eternaliter:qui christi Ihesu passiõe in tempore gratie ingratus fuit & indignus.

I ¶ Ingeniorum illuminat cecitatem.

Talis enĩ meditatio est colliriũ quo inunguñt oculi mentis. Appoc.iii. Collirio inunge oculos tuos. Vnde Bernhar. Nil adeo efficax ad purgandum & acuendum aciem mentis:q̃m christi vulnerũ sedula meditatio. Et ideo ait Aposto.i.Corin. Nõ iudicaui me aliquid scire nisi christum Ihesum et hũc crucifixum. Sic beatus Laurentius per signũ crucis cecos illuminauit:& sic ad lumen fidei cõuertit. Talis enĩ meditatio specialiter triplicem cognitiõem homini ingerit. Primo cognitiõem dei:p hoc enĩ cognoscimus q̃ntam misericordiã dominus habet ad nos:& q̃ntã charitatem habuerit erga nos. Secundo ingerit cognitiõem sui per hoc enĩ manifeste videmus:q̃m preciose sint anime nostre:cũ seipsum totum posuerit in statera vt animas nostras tã precioso precio appreciaret. Tercio ingerit cognitionem peccati:per hoc enĩ manifestissime cognoscimus q̃ntum deus odio habet peccatũ dum ꝓ isto destruendo nõ pepercit ꝓprio filio suo deus.

I ¶ Iustorum letificat mortalitatem.

Facit enĩ hoĩem voluntariũ & iocundũ ad moriendum:vnde Aplus portans stigmata domini nostri Ihesu christi in corpore suo ait. Cupio dissolui & esse cum cristo. Mihi viuere christus est:& mori lucrum. Philip.iii. Sic sanctus Andreas letanter iuit ad crucem:dicens. Salue crux sancta accipe me ab hominibus:et redde me magistro meo:vt per te me recipiat qui per te me redemit. Legit in gestis sanctorum ꝙ cuidam tortori miranti qualiter christiani cum tanta hylaritate paterentur. Ait frater beati Victoris. Memoriã dominice passionis eorũ cordibus semper impressa:& ideo cum quadam celestis gaudii pregustatione hoc facere:quem iudex post martyriũ consummatũ iussit per ministros perfodi & cor eius extrahi & diuidi:& inuenta forma crucis & crucifixi in corde eius subtilissime in neruis & venis depicta.

L ¶ Lesorũ reconciliat contrarietatẽ.

Talis enĩ meditatio inducit hominem ad amorem dei & proximi. Vnde Iohan.xii. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahã ad meipsum. Vnde Aposto. ad Colo.i. Pacificãs per sanguinem crucis que sunt in terris & que sunt in celis. Talis enĩ sic meditans christi passionem totus trahit in amorem dei & proximi. Vnde Bernhar. ait. Sup omnia te mihi reddunt amabilem bone Ihesu calix quem bibisti ꝓ nobis:nihil enĩ vehemẽtius nos afficit ad amorẽ dei q̃m passio christi in qua plus laborauit q̃m in tota mundiali machina. Hic enĩ in tormento passionis sue habuit in verbis contradictores:in factis: obseruatores:in tormentis irrisores:& in morte exprobratores. Talis autem per meditaionem passionis christi sic raptus ad amorem dei cõsequenter trahitur & ad dilectionẽ proximi cũ vna sine alia esse non possit.

M ¶ Meritorũ recõpensat exiguitatẽ

Vnde Augustinus. quicquid mihi ex me deest vsurpo mihi ex visceribus domini mei:quoniã misericordia affluit:nec desunt foramina per que fluat Et subdit vulnera Ihesu cristi plena misericordia sunt plena pietate:plena dulcedine:et charitate. Ex quo patet primo ꝙ talis meditatio supplet ea que alias quandoq; quis negligit.s.bona meritoria. Secundo patet ꝙ nulla alia penitẽtia põt assimilari meditationi passionis christi. Vnde Albertus magnus. Vtilior est q̃m si quis per integrũ annũ ieiunaret in pane & aqua:aut si quis per integrũ annũ singulis diebus legeret integrũ psalteriũ:aut si se singulis diebus virgis vel flagellis vsq; ad effusionẽ sanguinis verberaret. Ex hoc etiã patet ꝙ sine passiõe christi omnia alia opera nostra essent inualida:vt ait magister in tercia sententiarũ disti.xviii.

N ¶ Nocumẽtorũ fugat inopiabilitatẽ

Talis enĩ meditatio preseruat hominẽ a multis periculis inopinate occurrentibus. Vnde Appoca.vii

Nolite nocere terre neq; mari quousq; signemus ser uos dei nostri in frontibus eorũ.s.signo crucis.Et hoc per meditationem passiõis christi.In cuius rei figurã.Angelus qui percussit primogenita egypti: pepercit iudeis quorũ domus sanguine agni fuit li nita.Vnde Grego.secũdo dyalogorũ scribit:ꝙ cũ quidam porrigeret potũ venenosum sancto Bene dicto:ipse signũ crucis fecit & statim ciphus crepu it:& sic periculum extoxicatiõis euasit.

O Orthodoxorũ speificat timiditatẽ.

Vnde Bernhar.exponens illud Canti.ii.In forami nibus petre sic ait.Loquar ista:securus habito illic: quia statui supra petrã pedes meos:fremit mundus premit corpus:insidiatur dyabolus:sed non cado: sum eni fundatus supra petrã firmã.Peccatũ gran de peccaui:curabiẽ anima mea:sed non perturbaẽ: quoniam vulnerũ domini Ihesu recordabor:nem pe vulneratus est ꝓpter iniquitates meas.Et Augu stinus ait.Lõginus aperuit mihi latus:& ego intro iui & ibi requiesco securus.Claui et lancea clamãt mihi ꝙ vere recõciliatus sim cristo si eũ amauerim.

P Peccatorũ aduocat viuacitatem.

Nam talis meditatio inducit gratiã dei que est vita anime. Vnde Bernhar.ait. quotiensciiq; spiramen ex ore meditantis christi passiõem progrediẽ:& ae rem resumit:specialem gratiã recipit:gratia autem est vita anime. Dicũt naturales:ꝙ lachryma infir mi crisim indicat euenisse. Sic lachryma peccatoris emissa ad dolorem dominice passionis crisim indi cat euenisse viuacitatis.Et ergo diciẽ Trenno.iiii. Spiritus oris nostri christus captus est i peccatis no stris cui dicimus.Sub vmbra tua viuemus.Et sic cõ fert vitã nature:gratie:& glorie. Nature quia mor tui post christi resurrectionem surrexerunt. Gratie quia post passionem christi multi conuersi sunt ad fidem christi.Math.xxvii. Et tercio ipsius glorie: & ideo latroni datum est regnum celorũ. De hoc Bernhardus.sic ait.Arbor crucis si est qui colligat vitam germinat:iocũditatem fructificat:oleum stil lat:& balsamũ fundit spiritualiũ carismatũ.Non est arbor siluestris lignũ vite apprehendentibus eã. Vnde Augusti.Fusus est sanguis medici:& factũ est medicamentũ frenetici.Sub vmbra illius quem desideraui sedi ait anima sponsa christi:& fructus eius dulcis gutturi meo scd̃m ꝙ gustato spiritu cru cis desipit omnis caro.

Q Quassatorũ mitigat aduersitatẽ

Nam meditatio passiõis christi confert huiusmodi pacientiã in omni aduersitate et quietũ facit.Vnde dicit aplus.Recogitate qui talem sustinuit a pecca toribus aduersus semetipsum vt nõ fatigemini ani mis vestris deficientes.quasi diceret.Nequaq̃m de ficere potestis cum eũ sic in memoria habetis:quod approbans Grego.dicẽs Si christi passio ad memo riam reuocatur:nil adeo durum est quod non equo animo tollaẽ.Cuius ratio est:quia cũ fortior passio supuenerit minor nõ aduertitur.Vnde febricitãtes nõ sentiunt apostemata scd̃m Auicennã.Sic ergo passio christi annihilat omnem mundanã tribula tionem.Vnde sicut vinũ quod de se forte est & acu tum transeundo per garriofilos & species aroma ticas efficiẽ dulcissimũ.Sic tribulatiões huius mun di dulcescunt si transeant per memoriã dominice passiõis.Proinde dicit sponsus ad sponsam in can ticis.Dabo tibi poculum ex vino condito.Vinum conditũ ad litterã diciẽ nectar & figurat vinum hu mane tribulatiõis conditũ memoria dominice pas sionis in cuius rei signũ mandauit rex Anthiochus ꝙ elephantibus ostenderetur sanguis vue:& mori ad acuendũ eos in prelio.i.Machabeo.vi.Sic mo do christi milites ad modum elephantiũ debẽt ani mari:& animantur ad sufferẽtiam aduersariorum quando christi sanguinẽ fusum audiũt vel memo rantur.Fuit eni tortus et pressus in modum vue sub pedibus calcantiũ in torculari:vt diciẽ Esaie.lxiii. Preterea diciẽ Trenno.i.Dabis eis scutũ cordis la borem tuũ.Hoc scutũ sustinet omnia tela:& speci aliter tria.s.dampna rerũ:molestias:& contumeli as verborũ.Cum hoc scuto vincit deũ eius correcti ones sustinendo.Dyabolum eius temptatiões eui tando.Et seipsum carnis afflictiões tollerando & corporis passiones:quia memoria dominice passi onis quassatorum mitigat aduersitatem.Vnde sicut paruus fluuius perdit nomen suũ dum cadit in ma gnum:sic labores & passiões nostre comparatione earum que passus est christus:nõ sunt passiones de nominande.

R Rectorum cõfirmat stabilitatem

Talis eni meditatio facit homines iustos & rectos stabiles in fide & in bonis operibus. Dicũt natu rales ꝙ lignũ longo tempore sub aqua iacens muta tur in lapidem.Sic & christus diu manẽs sub aqua tribulatiõnis per meditationẽ dominice passionis vertitur in petram constantie & fortitudinis.Talis enĩ sic meditans fixus manet cum christo in cruce. Vnde Bonauen.de stimulo amoris sic ait.O mors & passio ammirabilis que suum meditatorem alie nat a morte:& non solum a morte:sed etiã facit an gelicum:nec aliud intueri nisi passum dominum. Vult cum christo crucem suam baiulare & ipse cũ Ihesu christo domino nostro portat in corde suo celum & terram pugillo continentem:& pro ipso leuissime sustinet omne pondus Vult cum ipso spi nis coronari & spe glorie coronatur.Et reliqua su perius in capitulo exhortationis.Talis ergo medi tatio valde confirmat hominem in bono.

S Supernorũ placat strennuitatem

Talis enĩ meditatio potenter placat irã dei:& om nium sanctorum.Vnde Bernhar.pertractans illud Canti.i.Inter vbera mea cõmorabiẽ sic ait.Hec me erigunt in aduersis:in prosperis deprimũt.Et inter

leta prosperaq; vite presentis viam regiam inceden ti tutum vtrobiq; prebēt ducatum. Hinc inde mala imminentia propulsando: hec mihi cōciliant mun di iudicem dum tremēdum potestatibus mitem hu milemq; prefigurant. Hec ille. Item beatus Bernhar dus pertractans illud Iob. vi. Vtinam appenderent peccata mea quibus iram merui. etce. Ad ꝓpositū sic ait. Respice domine in faciē christi tui qui tibi obediens factus est vsq; ad mortem: nec recedāt ab oculis tuis cicatrices eius imperpetuū q̄ntam ꝑ pec catis nostris satisfactionem ab eo susceperis: vtinā appendas domine in statera peccata quibus irā me ruimus: & calamitatem q̄n passus est pro nobis in nocēs filius tuus. Ecce hec grauior apparebit vt pro pter ipsam effundans super nos misericordiam tuā q̄m sint illa vt pro ipsis in ira contines misericor diam. Hec ille.

T ¶ Terrenorū pessundat vanitatē.

Talis enim meditatio facit hominem contempne re mundum & omnes mundi voluptates. Vnde & apostolus Paulus dixit. Mihi mūdus crucifixus est & ego mundo. Ad Galla. vi. Dicunt naturales ꝙ ymaginatio facit ca usum. Ideo recitat Auicē. quen dam qui super quodam ymaginabatur leproso: & ex hoc factum fore leprosum. Per quod datur intel ligi: ꝙ cū quis deuote super saluberrima cristi yma ginatus fuerit passiōe eodem modo: eodem quoq; dolore intra se christo veraciter compatitur: & cū infirmante ipse feliciter infirmat: & per cōsequēs omnis mūdi voluptas ei in amaritudinem vertitur. Vnde Bonauē. in primo libro stimuli amoris capi. vii. sic ait. Talis sic meditans christi passionem de siderat crucifigi cum cristo Ihesu. In miseria & ser uitute se reputat esse: & suspirat & anxiat nisi ple narie in illa passione perfundetur: & in suo domi no crucifixo transformetur: & nisi feruetur in san guine saluatoris nō se reputat hominē ymmo peio rem q̄m bestiam nisi sit vestitus dominica passiōe: qui ergo frequenter christi passionem meditatur ni hil curabit de vanitatibus huius mundi.

V ¶ Viatorū gubernat prosperitatē.

Talis eni meditatio dominice passiōis dirigit via tores in hoc mūdo ad viam eterne felicitatis. Nam passio christi est via regia: via recta. et via compen diosa pueniēdi in celum. Vnde Iohan. x. Ego sum via veritas & vita. Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis vt om nis qui credit in ipsum nō pereat: sed habeat vitam eternam. Et vt talis vita nobis donaretur ipse mor tuus est. Vnde Augusti. Cum exaltaret Moyses ser pentem in heremo ad lignum: populus qui morde batur a serpente attendebat serpentem & sanabať. Sic & modo quemcūq; momorderit astucia satha ni intueatur christum in ligno pendentem: ibi eni mors occisa est: dominus semper viuit. Sed vt occi deret mortem vestitus est morte. Non enim potuit mors mori nisi in vita: quis est vita: cristus deus no ster. Hec ille. Hoc figuratū fuerat in veteri testamen to. Nam vt dicitur Nume. xxxv. post mortem sum mi pontificis exules & profugi redigerunt ad suas hereditates. Sic post mortem christi summi pontifi cis & ob meritum passionis ipsius & meditationē fideles post exiliū vallis lachrymarū libere intrant regnum celorū & possident hereditatem celestis ꝓ missionis. Vnde Augusti. Per redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem: de morte ad vitā: de corruptione ad incorruptionem: de exilio ad patri am: de luctu ad gaudium: de terris ad celestia regna vocati sumus. Hinc dominus noster Ihesus christus vt nos eleuaret ad celestia regna se quoddammodo posuit i vna pte crucis statere et nos i altera. s. virtu osa vita: atq; ipse solus tantū pōderauit. i. ꝑ crucis humilitatem tantum descendit ꝙ omnes electos in celum leuauit. Proinde ait dominus Iohan. xii. Et ego si exaltatus fuero a terra: idest in cruce tanq̄m bellator fortis super crucem: quia super regalem & militarem equum ascendēs: ac deinde tanq̄m trium phator quaslibet vires omnium hostium meorum sub mee crucis pedibus tenēs: omnia traham ad me ipsum: idest electos ex omni parte orbis terrarū & ex omni genere hominum congregandos.

¶ In passiōe domini resplendet omnis perfectio hyerarchie.



IN beatissima passiōe domini nostri Ihesu christi splendet & resplendet omnis perfectio: pulchritudo: & de cor angelice hyerarchie. Nam primū in ea & omniū principaliter refulget ille seraphicus amoris ardor: quia maiorem charita tem nemo habet: ꝙ tot & tanta pati vellet sicut ip se dominus noster Ihesus christus passus est pro no bis vilissimis seruis. Ymmo nequissimis inimicis

eius. Refulget etiam ibi cherubica speculatio: & intelligentia veritatis: cum nihil sit in mũdo ꝙ tantum veritatem scripture elucidet: tantum ad celestia contemplandum alliciat: tantum ad deum sapiendum illuminet: sicut passio domini nostri Ihesu christi: in qua vere inuenitur scientie plenitudo vt inferius patebit. Refulget item in ea maxime erga maiestatem eternam thronatica reuerentia & veneratio. Nam sicut illi spiritus throni dicuntur: quia dicitur deus in eis tanquam in suo throno quiescere propter suam venerationem: & reuerentiam quam erga diuinam maiestatem habent: quia quiescit super humiles & trementes sermones eius. Sic etiam in beatissima passione domini dicit deus tanquam in suo throno quiescere: quia ibi fuit excellens humanitas: & reuerentia & veneratio summa erga maiestatem eternam. Relucet item in hac etiã passione beatissima dominationis presidentia: humiliauit enĩ se factus obediẽs vsqꝫ ad mortem: mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Resplendet & in ea potestatis resistẽtia: quia iam dyabolicam potestatem: de qua dicit. Non est potestas super terram que ei valeat cõparari victorissime subiugauit ꝑ patibulum crucis & mortem moriendo destruxit. Refulget & iterum ibidem virtutum efficax operatio. Nam ibi precipue christus fuit virtus cordium penetratiua & attractatiua: vbi dicitur. Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Proĩde ꝙ nos ei credimus: aut ipsum diligimus nullo modo nobis attribuamus: qa nullus venit nisi tractus: in quo notatur motus non voluntarius ex parte nostra: sed potius violentus. Clarescit & in hac beatissima passione regnum principatus: quia factus est precipatus super humerũ eius. Resplendet & illic archangelorũ releuatio: quia ꝑ hanc sacratissimam passionem fit sufficiens releuatio a pena & a culpa. Similiter et angelorum: quia occulta scripture abdita: & diuinorũ secretorũ mysteria per apertiõem lateris christi pandant: & ideo merito in eius morte velum tẽpli scissum est vt apparerent que erant in sacris abscondita. Et sic ꝑ has predictas cõformitates quas passio christi habet cũ angelorum ordinibus conuenientissime & aptissime fit: vt non solum redimeret nos: sed vt conuenientissime reparationem angelice ruine disponeret et ordinaret. Nam propter nimiam charitatem que splendebat in cruce incendium amoris erga deum & proximum in omnibus accendebat: vt sic reddebantur: & aduc redduntur apti ad reparationem supereminentis ordinis seraphici. Per veritatem vero in illa beatissima passione expressam illuminantur homines ipsam cõtemplantes ad diuine veritatis cognitiõem: vt ita sint & fiant apti ad restaurationem ordinis cherubin. Et iterum propter nimiã humilitatem & reuerentiã que erga dei maiestatem in illa beatissima passione fuerat ꝓuocantur homines ad consimilem humilitatem & reuerentiam venerationem & honorem ꝓ suo modulo: & sic apti fiunt ad thronorum reparationem. Et iterum exemplo beatissime passionis habito de quo dictum est. Propter quod exaltauit illum prouocãtur homines vt macerationibus & afflictionibus nitanẽ viciis & concupiscentiis dominari animi appetitum & omne noxium sibi subiugare: vt nihil ociosum vel inordinatum in eis valeat dominari: vt sic apti fierent ad reparatiõem ordinis dominationum: vt qui se humiliat exaltabitur. Et vt breuiter transeã sic per reliquos ordines discurre: siue per ordinũ ꝑfectiones scd̃m ꝙ iam supra dictum est. Vt resistentiam contra dyabolicam temptatiõem: ad potestates. Virtuose operationes & conuersationes ad virtutes. Diligẽs regimen sensuum exteriorum & motuum interiorum & etiam aliorum hominũ ad ipsum spectantium ad principatus. Releuatio necessitatum proximorum & indigentiarum ad archangelos. Doctrina & predicatio ad angelos. De quibus omnibus infra patebit in speciali.

In passione domini refulget hominum beatitudo.



His autem rationibus quibus modo vidimus qualiter angelorum decor & perfectio in christo crucifixo refulget possumus videre quomodo ĩ eadem passione refulget hominum beatitudo. Nam illi clare veritati: que est in illa passiõe beatissima: sicut modo dictum est. Correspõdet apta visio patrie ad cognitionem rationalem. Illi profundissime humilitati & reuerentie: qua passio domini thronus dicebatur superius. Correspondet firma tensio quantum ad irascibilem: quia super quẽ requiescet spiritus meus nisi super humilem. Illi excellẽtissime charitati dominice passiõis: correspondet in patria ipsius concupiscibilis dilectio consumata. Illi presidentie dominationis: de qua dictũ est: propter quod & deus exaltauit illũ. Correspon

det agilitas: quia sub est ei cum voluerit. Illi resistē tie potestatis qua moriendo mortem destruxit. Cor respondet impassibilitas. Illi virtuositati: qua exal tatus a terra omnia traxit. etce. Correspondet ipsa subtilitas. Illi claritati & nobilitati principatus: de quo factus est pricipatus super humerū eius: de qua claritate potest illud adduci. Pater clarifica me. etce Correspondet in hominibus beatitudo claritatis. Officio autem archangelorum: & angelorū quod premonstratum est in illa passione. Correspondēt aureole: decor: qui debetur doctoribus: & predica toribus. Et sic patet qualiter in illa beatissima pas sione refulget tanq̄m in speculo clarissimo omnis gratie & glorie plenitudo. Glorie dico q̄ntum ad premium substātiale: vt dotes anime. Et q̄ntum ad premium consubstantiale. Itaq; cum in christi pas sione sit excellēs manifestatio ipsius summe poten tie: summe sapientie: & summe clementie: tūc ista passio est eis materia excellentissimi gaudii & exul tationis. Vnde q̄muis gaudeant homines videntes se per illam passionem redemptos: & angeli se vi dentes per eandē reparatos & firmatos: et sic quod dammodo ad sei psos reflexos: tamē credo & ita est q. sine comparatione plus exultent & gaudeāt hec omnia ad deum referētes: ac totaliter in deum cogi tationes suas extendentes q̄m de propria gloria in ea scilicet passione: & per eam tam in potentia q̄m sapientia ac inestimabili & immensa clemētia dei sui domini nostri Ihesu cristi. Vnde sicut hic appa ret summa & immensa extra se diffusio diuine bo nitatis: ita credo & ita est: q. in ea sit excellētissima & plenissima: & totaliter medullans diffusio ani me tendentis in eum ob nimiam iocunditatem & gaudiū ex reciproca dei formi charitate nascentiū.

In passione domini relucent omnes vir tutes: dona: fructus.



Nam primum hec passio domini robur est & fundamentum totius fidei christiane Erectio spei: & inflammatio charitatis. Vbi seip sum pro nobis ymmolauit. In ea quoq; relucet spe culum sapientie: & intellectus: consilii: & fortitu dinis: scientie: & pientis: atq; timoris domini. De quibus infra dicemus propriis capitulis. Similiter & octo beatitudines quarum fons est & origo al lectiuum & directiuum exemplar. Item fructus illi suauissimi quos enarrat apostolus ad Gallathas & omnia mandata dei. quis eni potest dici paup spiritu: nisi christus in cruce nudus. quis mitis: ni si qui tanq̄m ouis ad occisionem ductus est coram tondente se: non aperuit os suum. quis lugiens: ni si qui clamore valido & cum lachrymis exauditus est pro sua reuerentia: qui plus peccata nostra luge bat: q̄m penam suam propriam: vt infra dicemus: plus cōpaciēdo nobis q̄m sibi. quis interim adeo sitiuit: & esuriuit iusticiam: nisi christus in cruce ꝑ peccatis nostris: satisfaciendo iniurie patris: esuriēs & sitiens animarum salutem. In cuius rei signum dicebat: sitio. quis vero misericors: nisi ille sama ritanus qui transeunte sacerdote & leuita: infundēs vinum & oleum vulnerato alligās vulnera: & im ponēs eum in iumento suo: scilicet proprio corpo ri suo nostras iniquitates portando. Et vbi queso cordis mundicia: nisi in eo qui innocens ymmola batur corda nostra suo precioso sanguine mundās atq; lauans. Et quis vere pacificus: nisi qui pax no stra est vtrumq; faciens vnum: qui per passioem su am pacificauit nos deo in sanguine suo. quis q; ve re non propter iusticiam persecutionem passus est qui propter iusticiam quam fecit a iudeis occisus est. Vere beatus est hic cui maledixerunt homines & dixerunt omne malum aduersus eum mentiētes Et hec sunt beatitudines: quas habere docuit: & ip se in seipso qualiter adimplende sint exemplo suo demonstrauit. Item & fructus suauissimi. De qui bus ad Gallathas: Fructus inquit spiritus sunt gau dium: charitas: gaudium pax: paciētia: longanimi tas: mansuetudo: fides quia ibi est fidei fulcimētū: & fundamentum in ratione obiecti: siue subiecti: & sequitur modestia: continentia: castitas. Hec om nia manifeste relucent in passione domini in cruce & morte eius: vt infra patebit. Proinde ibidē con gruentissime subdit apostolus. qui christi sunt car nem suam crucifixerunt a viciis & concupiscētiis. Vt manifeste ostendat hos fructus pendere in arbo re sanctissime crucis: quos capere possunt se ei con formantes: & cruci affigentes: qa per virtuosas ope rationes: & cōuersationes domini nostri Ihesu cri sti efficiuntur homines virtuosi: qui vitam eius atq; mortem cum diligentia contemplantur: amplexan tur: & ymitantur. Vt sic apti fiant ad reparatiōem ordinis virtutum vt dictum est & dicetur.

Per passionem christi fit omniũ bonorũ spiritualium efficacia.



PEr fructiferã enĩ ac venerabilem christi passionem cunctorum nobis spiritualium bonorũ materia copiosissime ministrat. Nam vbi est gloriatio nostra. vbi spes et leticia cordis nostri Reuera nisi in christo vno summo & vero bono: & preciosissimo eius passionis thesauro: a qua etiam omnia sacramenta ecclesiastica virtutem suam trahunt que sunt nobis contra omnem morbũ spiritualem saluberrima medicina. Ymmo & hec beatissima passio est nobis sacrarum scripturarũ domestica clauis que aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Sine hac impossibile est intelligere sacram scripturam. Hac bene in mente impressa omnia in luce clarescũt. Nam si iam ad diuinitatis cognitiõem venire desideras restat vt per assumptam humanitatem & humanitatis passionem tanq̃m p viam regiam gradatim ascendere ad altiora discas sicut te inferius planius edocebo: quia non datur p ueniri ad diuinitatis altitudinẽ vel inusitatem dulcedinem nisi tractis pio quodam fidei: ac dilectionis affectu per humanitatis christi amaritudinẽ: vt infra patebit. Et q̃nto hac neglecta quis ascendit altius tanto cadit profundius. Nam hec est sola via p quam itur: hec sola porta per quam introitus ad desideratum finem conceditur. Vt quicunq; eternã salutem & premiorum magnitudinem desiderat habere: ad arcem cunctarum virtutum ascẽdere: scientiam: & sapientiam obtinere: inter prospera & aduersa equanimiter stare: et securam viam ambulare nec non amaritudinem passiõis christi: eiusq; cõsolationis potũ suauissimũ degustare debet Ihesum Ihesum in q̃m crucifixũ iugiter in suo corpe portare: ab omni alia delectatione & consolatiõe abstinere. Non enĩ bene conueniunt consolatio carnalis: & contemplatio dominice passionis sed cõtraria quasi nomina sortiuntur. Nec possunt simul caro & spiritus delectari: ymmo scd̃m apostolum sibi inuicem aduersantur. Sed heu multi consolationem diuinam nõ inuenientes protinus inhyant ad aliam: & sic sibi iuste subtrahũt diuinam que multum delicata est: nec datur admittentibus alienam: Nam si habet animus vnde delectetur extrisecus remanebit sine delectatione interius & econuerso: gustato spiritu desipit omnis caro. quare nõ duplici affectu queras diuinam quia indignum te reddes ad eandem. Sicut dicit Bernhar. Indignus benedictione celesti cõuincitur: qui duplici querit affectu: duplici petit intentiõe aliud sibi refugium parans si forte eam non obtinere cõtingat. Sicut manna defecit filiis israel postq̃m comederunt de frugibus terre. Per manna quod habebat in se omne delectamẽtum & saporis suauitatem significatur suauitas christi: que deficit filiis israhel: idest claustralibus dum incipiũt comedere de fructibus terre: idest dare se terrenis consolatiõibus. Et ideo vir sanctus debet dicere cum propheta. Rennuit consolari anima mea. s. exterius: et ideo ibi sequitur. Memor fui dei mei & delectatus sum: puta totaliter in intimis visceribus cordis. Vnde Richardus. Nunq̃m intellectus ad celestium cõtemplationem perfecte attrahitur nisi caro in necessariis etiam fortiter retrahat. Cui alludit dictum Gregorii sic dicẽtis. Si a carne hoc quod libet abscindimus mox in spiritu quod delectat inuenimus: quod accidit se nunc cõformãtibus domino nostro Ihesu christo: cuius tota vita crux erat vndiq; amaritudine respsa. Hinc quia nõ dabatur manna nisi in deserto vbi aliquod delectabile & reficiens ad esum nõ fuit. Sicq; dulcedo gratie: & sapor spiritualis delectationis non sentitur: nisi ab hiis qui se indesertum cordis transferunt vt mundanas non sentiant delectationes. Et hoc est quod dicitur in Psalmo. Piguescent speciosa deserti: & exaltatione colles accingentur. Hec enĩ sunt speciosa deserti que se ipsa deserta faciunt ne in eis quicq̃m colat mũdus de tumultuosis & caducis delectationibus. Et colles tam altorum cordium frequenter exultatione diuine consolatiõis accingentẽ Ad hoc desertum inuitat dominus Math. vi. Venite seorsum in desertum locum: & requiescite pusillum: hoc est per deuotam & humilem memoriã recogitate passiõem domini vbi requiem inuenietis animabus vestris: eo dicente. In mundo pressuram habebitis: in me autem pacem. In hoc deserto bis dominus pauit turbas: & alibi pauisse non legitur Mathei. xvi. & . xxvii. Iohan. vi. Patres vestri manducauerũt manna in deserto. Hoc ẽ desertũ de quo dicit Esaie. xxxi. Erit desertũ in chermel: et chermel

in saltū reputabitur. Chermel eni agnus tener interpretatur: quia desertum illud delicias nostri dei & agni omnium gratia tener: idest vni experitur. Et chermel reputabitur in saltum: quia omnia exilijūt frutecta. Saltus vocatur: quia in talibus deliciis viror salit omnis virtutis.

Memoria passionis domini conferuntur dona spiritussancti & primo donum timoris.



Potes aduc frater mi charissime in clarissima passione quam nominare indignus sum septem ascensus contemplari et speculari euidentissime scd̄m septiformam gratiam spiritussancti: donum. s. Sapiētie. Intellectus. Consilii: & Pietatis. Sciētie. Fortitudinis: & Timoris. Primo nanq̧ per frequentem & continuam memoriam passiōis domini cōfertur homini donum timoris: cōtra falsam. s. presentis vite securitatem: & promissionem nequissimam: qua mediante homines retardant se conuerti ad dominum. Incessanter eni compellit timor homines benefacere: & ex tota cordis affectione despicere terrena. Vnde dicitur. Timor fuga mali: cōmulatioq̧ boni: & quo cum sapientia oritur: expellitur ignorantia: a quo omnis perfectio actionis: & contemplationis conseruatur: dumtaxat vt seruitus excludatur. Nam in illa beatissima passione crucifixus cum christo ad euitandum malum: & assequenduum bonum: ad stabilitatem mentis: & humiliationem cordis ipso dono timoris domini preparatur: inuitatur: & inducitur: hoc modo. Homo vidēs q̄ filius dei dominus deus suus in natura assumpta tanta pro peccatis nostris sustinuit: & tam grauissime peccatum nostrum in se iudice innocentissimo: ymmo deo vero & purissimo puniuit: cōsiderat q̄nta pena: q̄ntis obprobriis: & flagellis ipse dignus sit qui ipsam nequiciam ꝑpetrauit: hoc scelus pro quo tam dire passus est innocens & amorosus Ihesus. Cogitansq̧ ex hoc q̄ntum ipsum peccatum suum summe maiestati displicuerit q̄ntum ipsum abhorruerit: vt potius mortem vnici atq̧ dilectissimi filii q̄m peccatum nostrum sustinuerit: ymmo q̄ magis sibi placuit: iam proprium filium suum cruci tradere: q̄m dedecus peccati nostri sustinere. Videat ergo homo & consideret q̄ntū illam summam dei maiestatem offenderit: dum ipsum deum etiā post tale iudicium non desinat contempnendo rursus inq̄ntum in se est filium dei crucifigere: ne mirum: si hac & illa consideratione homo cōtremiscat coram dei presentia quam tam grauiter offendit sicut tunc contremuit populeum folium quod a vento rapitur: ac indesinenter agitatur. Deberet nunc resolui pre timore nimio in cinerem Recurramus ergo charissimi ad vanitatē & nequiciam nostram: & ad diuinam offensam: & nosipsos corā ipso inq̄ntum tūc poterimus humiliemus: quia ad huc modicum etiam scd̄m q̄ cōgrueret nequicie nostre & maiestati sue. Paueamus: & reuereamur oculos nostros ad celum leuare: tondamus pectora nostra: & more publicani vt nobis peccatoribus misereatur dicamus: magnum est si dignabitur aspicere nos qui pro vilissimo stercore contēpsimus ipsum. Itaq̧ nos iam timore illius maiestatis summe in nihilum prout tūc possimus redigamus: & de cetero de nobis nisi vilia sentiamus: cōtra nequiciam armemur: & nosipsi nostri iudices simus Vindicemus in nobis iniuriam domini nostri: & nos inq̄ntum possumus conculcemus: sic mecū vel consimili modo dicentes. Si pro meis peccatis dominus meus ita vilificatus est: & afflictus: quomodo mee vilitati: & afflictioni parcere potero q pec caui. Absit a me: vt de cetero presumam de me nisi detestabile vilissimum & abhominabile stercus cuius fetorem egoipse sustinere non valeo: eo ipso q̄ cōtempsi dominum meum: & pro quo est mortuus dominus meus: iam horrent me vestimenta mea & detestātur omnes creature: quia omnium creatorem contempsi. quid si modo vocem immutent omnes creature. Num modo loquantur. Iste est ille immanissimus & nequissimus qui dominum deū nostrum contempsit: qui plus vanitatem q̄m dominum dilexit: nobis omnibus abusus est: eligēs plus seruire dyabolo q̄m domino nostro: diuinam potentiam: bonitatem: & sapientiam: suis maleficis operibus cōtempnēdo: derisit: & hominem plus q̄m deum timuit: stercus plus q̄m summum bonū amplexus est: qui nec diuinis blanditiis trahi: nec

diuinis iudiciis terreri potuit: quoniā omnia abhominabilia in presentia dei non verritus perpetraret Venite & dispergamus illum qui totus fuit deditus iniurie dei nostri. Vnde suo modo clamat terra dicens: quare tam nequissimum sustineo: aqua quare non submergo. Aer quare ei nō deficio: ignis quare non comburo. Mala bestia quare non lacero. Lapis quare non lapideo. Infernus quare non deforo & sic de singulis. Heu me miser quid faciam quia omnia cōtra me sunt armata: ad quid recurrā: quo diuertam: cōtra omnia feci dominum deum meum contempsi: angelos irritaui: sanctos inhonorificaui: homines multipliciter offendi: qd discurro: hoc ipso ꝙ creatori omniū iniuriatus sum omnem creaturam offendi: quo me diuertam: qui me inimicum omnium constitui. Scio quid faciam: domini mei vulnera introibo: et in eius dolores penas & obprobria transformabo: sciēs quia nemo mihi molestus sit cum stigmata cristi in corde meo porto. Hec omnia frater charissime redeamus ad tria: honorem. s. dei: passionem christi: & directionē nostri: & hoc corpore: & animo: nil aliud sitientes q̄m christum & hunc crucifixum: vt ait apostolus Paulus. Sic tamen nos timere debemus: vt semper de dei infinita clementia confidamus: quia infinita eius bonitas multum excellit maliciam nostram. Hic timor humilitatis & reuerentie mire ascensionis & contemplationis occasio est: quia tunc precipue ducit homo ad superhabundantiam gratie: qua tūc poterit euitare malum: assequi bonum: modeste: continenter: & caste viuere. Nā de fructibus illa que ad moderatum vsum pertinent: vel abstinentiam: a rebus temporalibus videntur dono timoris conuenire: sicut est modestia: continentia: & castitas. quare hic timor deliciarum paradisus est: de cuius lateris medio habundātia omnis dulcoris & suauitatis emanat. Illic homo inebriatur mundiciali dulcedine et mira amenitate alienatus a se superexcellenti deuotione sopit in domino: quod est iam spiritu timoris cōuerti ad ipsum: benefacere: et ex tota cordis affectione despicere terrena. Vnde huic dono timoris domini correspondet prima beatitudo: que est paupertas spiritus: sicut dicit Augusti. Timor dei congruit humilibus: de quibus dicitur. Beati pauperes spiritu. Nam cum ad timorem pertineat deo reuerētiam exhibere: & ei subditum esse: illud quod ex huiusmodi subiectione consequitur pertinet ad donum timoris. Ex hoc autē ꝙ aliquis se deo subiicit: desinit querere in seipso: vel in aliquo alio magnificari: nisi in deo: hoc enī repugnaret perfecte subiectiōi ad deum. Proinde dicitur in Psal. Hii in curribus: et hii in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Hinc sequitur: ꝙ ad hoc finaliter detur spiritus timoris domini: vt ille ad cor veniens virtutem ex eo creet humilitatis: que superbie morbum sanet: quatinus ad regnum celorum quod angelus superbus per elationem perdidit: homo humilis peruenire possit. Et hoc est quod superius diximus scilicet quod propter nimiam humilitatem et reuerentiam que erga dei maiestatem in illa beatissima passione fuit prouocaretur homines eandem contemplantes ad consimilem humiliationem reuerentiam & honorem pro suo modulo: vt sic apti fierent ad thronorum reparationem.

¶ Exemplum spiritus timoris domini.



Exemplum huius spiritus. s. timoris domini: qui crebro datur passionem christi ruminātibus. Habetur iterum de sancta Maria deogene in eodem speculo hystoriali Vincentii libro tercio: caplo. xxix. vbi sic de ea dicit. Illi timor adeo castus erat: haud dubie ex frequenti recordatiōe passionis domini: vt supra diximus: vt in corde eius ipse tanq̄m fascia pectorales cogitatiōes astringeret: in ore tanq̄m frenum quod linguam reprimeret: in oculo stimulus ne pigricia torperet: & in omnibus regula ne modū debitum quouis modo excederet. Vnde timor iste tanq̄m scoba cor eius a duplicitate os a falsitate: opa vero ab omni vanitate purgabat quo tandem spiritu tantū amorem paupertatis conceperat. vt etiam necessaria vix retinere volebat. Vnde quadam die fugere proposuit vt inter extraneos ignota & despecta hostiatim mendicaret. Assumpto igitur sacculo in quo elimosynas reponeret & cipho paruo vnde aquam biberet: vel si forte pulmentum daretur ei dum mendicaret: reciperet veteribus pannis induta: vix multis amicorū lachrymis tandem potuit retineri: fecit ergo quod potuit. In tanto etiam postea paupertatis amore permansit: vt aliquando mappam supra quam panem ponebat vel lintheamina secaret: partem sibi retinendo: partem pauperibus erogando. Nec solum ex hoc spiritu timoris domini diuitias contempnebat: sed & omnem mundanam gloriam: omnemq; humane laudis vanitatē pre dulcedine eternorū bonorū

non solum non admittebat: sed cum quadam cordis abhominatione respuebat. Christi eni dulcedo totam eius mentem adeo vendicauerat: q nil nisi christus ei sapiebat. Et reliqua multa de humilitate eius que si vis lege ibidem.

Memoria passionis domini datur homini etiam donum pietatis.



Per frequentem & continuam memoriam passionis domini confertur etiã homini donum pietatis: quo cum se modo iuste: & deuote habet in cultu dei: in veneratione sacre scripture: & in honore proximi: in quibus tunc consistit donũ pietatis: que ad omnia valet: & maxime contra duriciem cordis & maliciam. Nam in illa beatissima passione crucifixus cum christo ad summam proximi compassionem benignitatem & misericordiã ipso dono pietatis acceditur. Hoc modo. Contemplanti modo viscera domini nostri Ihesu christi: que sup nos et pro nobis effudit in cruce taliter moriendo: vt supra declaratum est: mouetur: acceditur: & aperitur cor eius erga pximum suum christi sanguine redemptum: ita vt libenter pro salute se totũ ei impendat: pro quo videt dominũ suum ita misere: & dolenter esse crucifixum. Et insuper sicut iam compatitur toto corde domino suo in cruce pendẽti: ita intime & quasi sibimetipsi condolet proximo suo ab istis vulneribus recedenti: ymmo istum sanguinem conculcanti. Primo nanq; vulneratẽ cor eius propter contemptum domini sui. Secũdo propter compassionem proximi beatam vitam in eternam mortem voluntarie cõmutantis: videt dei contemptum: christi sanguinem conculcatum: et nobilissimam creaturam ymagine dei insignitam: volũtarie ire ad inferni suspendium: vnde liquescit misericordia & resoluitur compassione: quo tandem: sicut malis condolet: sic & bonis congratulatẽ: vidẽs eos recipiẽtes effectus vulnerum Ihesu christi: cum quibus intrat vulnera ista: & fit vnum cum eis: cũ gaudentibus de bono gaudet: & cum tristantibus de malo cõtristatur. quemlibet proximum reputat sicut semetipsum: videns se & proximum ab eodẽ domino concreatos: & simili ymagine insignitos eodem sanguine redemptos: & ad idem premiũ ordinatos. Et ex hoc ipso precipue ad proximum cor suum aperit: quia videt dominũ suũ pro omnibus crucifixum: & ideo ipsum dominum suum crucifixum in omnibus requirit: in omnibus considerat: in omnibus pro suo modulo intuetur. Totus ẽ proximi: quia totus ẽ crucifixi. O q̃ntum cordis sui tripudium dum proximũ videt dominũ suum honorare: non inuidet: non emulatur: non detrahit: non impedit: non retardat signis: dictis: aut factis: siue actualiter: siue occasionaliter: sed totaliter sitit proximi pfectum & ipsius detestaẽ periculum: vtrũq; reputãs esse suum: & hoc pro ipso domino nostro Ihesu christo: qui pro animarum salute: & honore paterno cruci est affixus. Vnde zelus & honor diuinus: compassio christi: & inflammatio sui proprie sunt attendenda in vulneribus christi. Nam per illud pietatis donum mirabili modo eleuetur cor in dominum deum suum: quando eni homo inq̃ntũ potest se nititur conformare illi diuine pietati quã erga nos manifestauit in cruce: tũc anima illa complacet christo singulariter: vt ipse eam sibi sic conformatam ad amplexus suos tanq̃m sponsam sibi predilectam incitet: & adducat: hãc eni amat q̃ntũ diligit: hanc astringit q̃ntum videt secum idem sentire: sibi compaciendo: idem sapere: deum honorãdo: idem zelare: anĩas sitiendo: in seipsam transformari: quare pietas ad omnia valet: que et honorem diuinum appetit: & dolores ab animabus epellit: & animarum fructum sitit: christi sanguinẽ in alios requirit: & amore erga deum & proximũ ignit Accedamus igitur charissimi: quia pro certo istud vnum inter alia et forte pre aliis placet domino. Faciamus obsecro beneplacitum eius: & pietatẽ hauriamus de latere eius: simus omnes vnũ in vno domino Ihesu christo crucifixo: & nihil nisi cristum Ihesum dico crucifixum in proximo requiramus. Sic in proximum tendentes: vt cum ipso semper in christi vulnera recurramus: non aspicientes pximũ vt pulchrum: aut huiusmodi que animum distrahere aut retrahere ab eius amore possunt: sed vt morte christi redemptum: vt sanguine christi pfusum: & vulneribus eius applicatũ. Nihil nobis sit difficile nihil nobis videaẽ vile: etiã cũ ignominiosa morte mori p illo p quo dominus noster est cũ tãta ignominia crucifixus Sitiamus oẽs p aiarũ salute omnẽ ignominiã: omnem afflictionẽ: & tandem etiam mortem turpissimã sustinere. Sit vnusquisq; sicut cor nostrum pro quo est cor nostrum tot doloribus aggrauatum. Multiplicemus predicatiões: exhortationes: bona exempla: oratiões & ieiunia: genufle

xiones: vigilias: & vilificationes ꝑ animarum salute. Sit hoc officium nostrum: hec gloria: hec consolatio nostra: pro animabus semper aliquid deo offerre. Nõ cesset lachrymarũ fons ab oclis nostris ꝑ nostris & nostrorũ pctis. Sufficiat nobis hiis doloribus in hac valle lachrymarũ saciari: peccata nostra & nostrorum semper pendeãt in oculis nostris ymmo intrent & penetrent intima cordis nostri. Semper et vbiq; & in omnibus dominus noster ꝑ peccatis nostris crucifixus occurrat. Simus semp iusti & deuoti in omni cultu dei: in veneratiõe sacre scripture: & in honore proximi: in quibus tũc consistit donũ pietatis & clemẽtie. Hec pietatis ascensio totum cor emollit: & dilatat: ad recipiendũ spiritum pietatis: qui inter christi amplexus collocat et quietat. Vbi tũc iueniemus pascua foris: & pascua intus: amorosum dominũ nostrum Ihesum christũ requiem animarum nostrarum: mercedem spiritus pietatis operum. Huic namq; dono pietatis correspõdet secunda beatitudo. s. beati mites: scḋm Augustinum qui dicit. Pietas congruit mitibus. In fructibus aũt bonitas: & benignitas: directe possunt attribui pietati: mansuetudo vero indirecte inq̄ntũ tollit impedimenta actuum pietatis: cuius ad hoc signanter datur spiritus: vt ipse ad cor veniẽs ad benignitatem illud accedat: quatenus ad eandem homo eterne hereditatis possessionem ad quam alios peruenire cupit ipse pueniat. Et hoc est quod superius diximus. s. q. p viscera domini nostri Ihesu cristi: que super nos & pro nobis effudit in cruce maxima opera misericordie promouerent hoies eadẽ pie contemplantes ad cõsimilem. s. misericordiam in proximum: vt sic redderentur apti ad restaurationem archãgeli: qui sua impietate cecidit ad tartara.

¶ Exemplum pietatis spiritus.



Quius spiritus pietatis. Exemplum habetur iterum de sancta Maria deogine in eodem speculo hystoriali Vincẽtii libro. iii. capi. iii. vbi sic scribit de ea: q̄ nõ solum spiritu timoris domini ab omni specie mala sibi precauebat: sed & spiritu pietatis plurimum sibi dato: haud dubie frequenti memoria passionis domini ad omne bonũ feruida atq; prona erat. Satagebat eni ꝑposse suo omnia misericordie opera ex habundanti pietate adimplere: & super omnia infirmis assistere: & defunctorũ obitui seu sepulture interesse consueuerat vbi multa de archanis celestibus domino reuelãte frequentissime percepit: quadam autẽ die dum quedam soror fratrũ deogenis in extremis laboraret: illa cum esset in cellula sua perceperit multitudinem rugentium demonũ circa lectum sororis infirme: cumq; iam pro ea fieret cõmendatio: quã putabant esse mortuã: tunc illa mansuete grauitatis: & mature verecundie quasi oblita: ad lectum egrotantis cucurrit: & immundis spiritibus se opponens: nõ solum eos precibus obpugnabat: sed etiam palio suo tanq̄m muscas abigebat. Cũ vero impii terribiliter resisterẽt: et tanq̄m suã sororis aiam vẽdicare vellẽt tunc illa amplius ferre nõ sustinens: clamabat christum suũ sanguinem christi quem ꝑ omnibus effudit: mortẽ q; crucifixi incessanter inuocabat. Cum autem rugientes illi preparati ad escã multis calumniis animam illam impeterent: ipsa tandem a spiritu sancto fiduciam cõcipiens. Nam vbi est spiritus domini ibi et libertas. Respondit. Domine ꝑ hac anima ego fide iubeo: quo dicto victis & cõfusis demonibus & sanctis angelis aduenientibus illa deo laudes reddens ad se reuersa quieuit. Vbi non post multum tempus cum in festo aplorũ Petri & Pauli hec ꝑ anima illius deuote supplicaret: & de statu eius ꝑ qua fide iusserat solicita esset: ostendit ei beatus Petrus animam illam in penis purgatorii vehementer afflictam: eo q̄ mundum: & voluptates seculi nimis ardẽter amasset. Et reliqua ibi. Tũc pia christi ancilla sicut tota pietatis visceribus affluebat: maxime circa illos qui i purgatorio torquebãtur non solum suis oratiõibus contenta est: sed etiã multa illi ab aliis orationũ & missarum suffragia acquisiuit: donec eam liberatã a penis agnosceret. Et reliq̄ multa pietatis eius opera que si vis lege ibi



Memoria passionis domini acquiritur etiam donum scientie.

P

Per deuotam & continuam memoriam passionis domini datur etiam homini donum scientie: quo cum recte poterit conuersari in medio nationis praue & peruerse: fidem suam defendere: & veraciter in corde suo cōpūgi: a malo abstinere: & ipsa tpalia bona prudēter admīstrare: opa ad normā ratiōis dirigere: & ad cōformitatē dei applicare. Vel etiā omnē modū paciēdi & contēplandi tanq̄m in preclarissimo speculo intuerit scd̄m q̄ prefatum donum scientie etiam accipere possumus inq̄ntum est illorum inferiorū cognitio: prout ipsa sunt auxiliatiua & inductiua ad spiritualia & sup celestia cōtemplanda: sicut est cognitio flagiciorū: que perpetrauimus: beneficiorum que recepimus: & suppliciorum que meruimus. De prima dicitur Ihere. ii. Arguet te malicia tua: & increpabit te cito quia amarū est te dereliquisse deum tuum: & timorem nō esse in te: hec est vera & nobis necessaria scientia: nosmetipsos cognoscere: & proinde paruipendere & humiliare. De secunda dicimus q̄ inter omnia beneficia que recepimus: & continuo recipiamus: maximum beneficium est beneficium redemptionis in qua nobis deus facit argumentū demonstratiuum sue infinite dilectiōis: quando pro nobis mori voluit. Hec autem demonstratio auget in nobis scientiam valde necessariam: & dulcem. i. ad Corinth. Non iudicaui me inter vos aliqd scire: nisi christum & hūc crucifixum. Terciam scientiam nobis necessariam. s. suppliciorum que meruimus habemus per demonstrationē penarum infernalium que diuersis sanctis reuelate sunt. Et in hiis versibus tangunt. Sitis: & esuries: frigus: ignis: fetor: & horror. Tenebre desperātes: victi: vermesq̄ rodentes. Has autem & q̄mplures alias cognitiōes in passiōe domini specialissime poterimus inuenire: maxime respicientes ad correspondētias figurarum. Vbi thesaurus innumerabilis: & absconditus subtilis figuris inuenitur. In qua mira deuotōis suauitas: omnis sciētia: & animarum facietas fodienti cum diligētia elargitur. Nam in illa beatissima passione crucifixus cum christo videns: qualiter figure: & diuina scriptura: & in eadem passione clarescunt: per donum scientie ad admirandam deuotionis suauitatem: & stupendam contemplacionis altitudinem: subleuatur hoc modo. Cogitanti & ruminanti primo qualiter ipsius dei patris summa clementia sic ad vtilitatem nostram tam diligenter omnia ordinauit. Cogitantiq̄ secundo qualiter ipse dei filius dominus noster Ihesus christus tam pie tamq̄ fideliter iam omnia saluti necessaria nobis: nunc verbo: nunc vero exemplo demonstrauit. Cogitāti atq̄ tercio qualiter hec nostra domini passio tam pulchre & luculenter in sacra scriptura ab inicio seculi prefigurata fuit: quale putas gaudium erit per hoc scienti & audiēti. Hec mira: atq̄ maxima pro nobis esse facta. Et vt omnia inq̄ntū possumus ad crucifixum reducamus ita inferamus & dicamus. In principio deus creauit celum & terram i. i filio suo crucifixo angelicā et humanā naturā restaurauit. Dixit deus: fiat lux: & factus est christus Ihesus in cruce lux expellens omniū peccatorum tenebram per sui presentiā: faciens diem & noctem per absentiam. Fuit etiam firmamentum in medio aquarū in cruce diuidens consolationem temporalem ab eternis: vel diuidens aquas sapientie humane: vel diuidēs aquas viciorū ab aquis gratie: vel diuidens aquas infernorum tribulationū ab aquis diuinarum consolationum. Item in ipso existente in cruce cōgregate sunt omnes aque que sub celo erāt: quia deus i eo posuit omnes iniquitates nostras. i. penas debitas ꝑ iniquitatibus nostris. Vnde in eo facta est congregacio aquarum: quia in eo fuit diluuium tribulationum: idest amaritudinū: & obprobriorum: et ideo gratia sui terra nostra apparuit arida: qui tūc pro peccatis nostris digni eramus omni inundatiōe: sed nunc liberati merito sue sacratissime passionis. Proinde ipse fuit illud mare magnū spaciosum & profundum nimis. Ecce q̄m pulchre dominicam passionem iste figure designant Sic similiter discurre per totam sacram scripturā & accipe quamcunq̄ vis figuram alienam: etiam de passione domini videbis nihilominus mirabilem correspondentiam in eis: & dulcissimam ibi audies melodyam: qua tunc miro modo dulcoretur cor tuum faciēs te ingredi in sanctuariū dei: si tamen ipsam cum diligentia rumineris. Vide obsecro illā abrahe figuram de vitulo quem tribus angelis ad vescēdum dedit: q̄ntam dulcedinem contēplationis continet: que tamen in apparentia littere parum apparet. Sicut & illa lignum vite in medio padisi: idest christus in cruce in medio ecclesie: siue in corpe virginis: que erat sicut paradisus. Et de fonte egredien te de loco voluptatis: idest de latere christi. Et sic de singulis. Vnde queso quid est abraham vitulum tenerrimum de armento dare ad vescendum tribus viris: nisi deum patrem filium suum vnigenitum incarnatum innocentissimum: ymmo gratia & virtute plenū pro nostris iniquitatibus tradere morti crucis. Et quid est tres viros illo vesci: nisi ex illa passione toti satisfacere trinitati que tunc ꝑ nostris iniquitatibus ad iustā vindictam erat famelica. Et in hoc iam apparet illius parabole dulcedo: q̄ p abraham intelligit deus pater: & per vitulum filius: & p tres viros ipsa trinitas: cum tamen non distinguant pater & filius a trinitate: quia deus de tribus personis dici potest: in hoc dico apparet mira & inestimabilis dulcedo cordis contemplantis: quia deo ad iusticiam famescente in seipsum propter nimiam benignitatem suam iudicium fecit: alioquin deuorasset nos iusticie fames: quia non erat qui illi appe

titui satisfacere posset nisi dei filius tenerrimus vitulus iste quem deus pater tradidit omni afflictiõi derisui: & desolationi ad satisfaciendũ sibi: & filio: & spiritui sancto: ad satisfaciendũ ei pro iniuria facta a nobis. quid est hoc? Nunquid nos offendimus eum debuit seipsum iudicare & sic adire penã offense. Ipse offensus erat a nobis: et iterũ iudicatus a nobis: & in nobis: ꝙ si nõ scḋm diuersas naturas tamen eadem persona offensa fuit & iudicata. Mirum ꝙ post mortem vituli. i. filii vbi digni eramus carentia eius: quia ipsum occideramus: fecit benignissimus dominus antiquato tempore: & antiquata malicia nobis bene: quia fecimus ei male: occidimus filiũ suũ: & illa morte nobis ipsum donauit. vide & attende mirabilia dei frater mi dulcissime: de vitulo abrahe si vis mirabilem refectionẽ habere. Silr̃ & de multis in sacra scriptura: quibus tunc mens debet eleuari per hanc scientiã figurarũ correspondentiũ & prefigurantiũ: ipsam beatissimam passionẽ domini nostri Ihesu christi: vt in illos thesauros diuine benignitatis per ipsam consideratio nem valeat introire: donec ipsa tota mẽs in ipsum suum vulneratũ dominum totaliter profundet: & ipsius feruido amore absorbeat: tunc sciet opa sua ad normam ratiõis dirigere: & ad cõformitatẽ christi applicare: quod est iam spiritu scientie recte conuersari in medio nationis praue & peruerse fidem suam defendere: & in corde suo veraciter compungi. Ad hoc eni datur spiritus scientie: vt ipse ad cor veniens: erudiat illud: & salubriter compungat: vt sciat homo malum: quod patiẽ ex sua culpa ꝑuenire: si quid autem boni habuerit ex dei misericordia ꝓcedere: ac per hoc discat siue in malis que sustinet siue in bonis que non habet cõtra creatorem suum non irasci: sed per omnia: & in omnibus veritatẽ: humilitatem: & pacientiã exhibere: exemplo christi: qui tunc speculum est paciendi: & premiũ pacientis: vt in supioribus declaratũ est. Optime autem per compunctionẽ cordis: que spiritu scientie cooperãte: interins ex humilitate nascitẽ: ira & indignatio animi mitigatẽ: quia ecõuerso ira stultum interficit quando in aduersis per impacientie vitiũ agitatus: atq; cecatus: vel malum quod patiẽ se meruisse: vel bonũ quod habet per gratiã accepisse nõ agnoscit. Hanc virtutem. i. compunctiõem siue dolorẽ premiũ consolationis sequitur: vt qui se hic sponte coram deo per lamenta affligit illic verũ gaudium & leticiam inuenire mereatur. Proinde dicit beati qui lugent quoniã ipsi consolabũtur que est tercia beatitudo correspondens dono scientie sicut dicit Augusti. Scientia congruit lugentibus. Ad scientiam eni pertinet rectum iudiciũ creaturarũ. Creature autem sunt: ex quibus homo occasiõaliter a deo auertitur: scḋm illud Sapi. xiii. Creature facte sunt in odiũ & muscipulam pedibus insipientium: qui scilicet rectum iudiciũ ex hiis non habent dum estimant in eis perfectum bonũ esse. Vnde in eis finẽ constituendo peccant: & verũ bonũ perdũt. Et hoc dampnum hominis innotescit per rectum iudiciũ de creaturis: quod habetur ꝑ donũ scientie. Et ideo beatitudo luctus ponitẽ respondere dono scientie: quod nobis prestare digneẽ ille vitulus tenerrimus qui pro nobis pependit in ligno.

Exemplnm huius spiritus scientie.



Exemplum huius spiritus discretiõis & scientie: habeẽ iterũ in eodem speculo hystoriali Vincentii libro tercio caplo. xxxv. de sancta Maria deogine: de qua sic continuatẽ. quoniã autem fugiendo mala per spiritũ timoris: & faciẽdo bona ꝑ spiritũ pietatis: necessaria est cautela & circumspectio discretiõis. Pater luminũ cuius vncio docet nos de omnibus: spiritu scientie filiam suam illuminauit. Haud dubie frequenti memoria passionis domini. Vt. s. sciret quid: & quemadmodum esset agendum: vel vitandum: et omne sacrificium suum sale condiret. Mala eni sunt vicina bonis: & plerumq; dum vitamus vnũ vitiũ: labimur in cõtrarium. Aliquando autem cum dulcius & suauius quasi vnus spiritus facta cum deo amoris glutino ei adhereret: audito extraneorũ aduentu ne forte aliquem scandalisaret a suaui illa contemplationis iocunditate ab amplexibus spõsi sui vim sibimet inferens: spiritũ suum cum tanto dolore auellabat ꝙ quandoq; quasi ruptis visceribus sanguinem purũ in magna q̃ntitate euomebat: vel conspuebat: mallens hoc affligi martyrio q̃m fratrũ & maxime peregrinorũ pacem turbare. quandoq; tamen cũ spiritusancto reuelante aliquorũ licet aduc longe existentiũ prenouisset aduentũ: ad rura vel ad propinqua nemora fugiens: vix per totam diẽ reperire poteramus latitantem: quandoq; ꝓpter aliquorũ indigentiũ vtilitatem: nullo nisi spiritusancto incitante cogebaẽ somnũ suũ disrumpere. Vade aiebat: quia nõ curiose sed causa necessitatis expectat te aliquis: licet autem q̃ntum ad ꝓximos non solum bonos: sed etiam discolos mira discretõe pacem custodiret: sibi tamen soli valide in discreta se ipsam nimis abiiciens: & supra modum affligens nobis aliquando videbaẽ: ipsa tamen circa se tanto discretior erat q̃nto nihil de se non a spiritusancto familiariter edocta aliquid facere presumebat. Non eni

vnum diem sine cibi refectiōe preterire auderet nisi se absorpta sensualitate supra se raptam certissime cognosceret. Aliquando tamen vt pacem cōsistentium cōseruaret in tali statu aliquid capere temptauit: & nihil penitus capere potuit: sed pre dolore fere defecit. Vnde tantam postea prerogatiuā libertatis obtinuit q nemo iā audebat discutere curita facis. Frequenter etiam dum sacerdos hostiā leuaret videbat inter manus sacerdotis pueri pulchri speciem: & celestium spirituum cum lumine non modico exercitiū magnum descendentem: & post sumptionem sacramentorū videbat in spiritu dominum in anima sacerdotis remanentem: & mirabili claritate eam illustrātem. Vel si indigne sumeret videbat q. domino cum indignatione recedēte: aīa miseri vacua & tenebrosa remaneret. etcete. ibi

Memoria passionis domini cōfertur etiam donum fortitudinis.



Per deuotam & frequentem memoriā passionis domini confertur homini etiam donū fortitudinis: cōtra multiplicitatē certaminū .i. temptationū: quo cū reprimit timor: moderat audacia: tollerant fortiter vel psperа vel aduersa. Nā in illa btissima passiōe crucifixus cū cristo ad agrediendum ardua: ad contempnendumq; terrena: ad tollerantiam tribulationū & ad expugnandum vitia roborat & aniat hoc modo. Fidelis seruus quē deus supra multa cōstituit: illam passionē domini sui diligenter ruminās: cōsiderat christi fortitudinē in aggrediendo: in tollerando: & subiugando: miram fuisse & incōprehensibilem. In aggrediendo scilicet vbi tam ardua & terribilia p inimico suo subiit certamina. In tollerando vbi tam acerba & obprobriosa a creatura sua pertulit supplicia: & in subiugando vbi tam potentem vicit mundi dominum dyabolum. s. quē in cruce subiugauit: & mortem moriendo destruxit. Ne mirum si miles christi & ymitator domini per hec iam concitatus manus suas mittat ad fortia: vt quo res modo difficilior: vilior: & ignominosior sit: tanto & feruētius ardentius & libētius eam aggreditur: dum tamen ad laudem dei sit: & animarū salutem: nihil ei iam difficile: nihil ignominosum esse videtur: quod tunc p eo facit: qui p se indigno talia agressus est. Ymmo omnia dulcia: omnia delectabilia: laudabilia: & desiderabilia iudicat: quo vel quibus se magis assimilari posse videat ignominosissime passioni. Illa astringit libentius: amplectitur auidius: hec querit: hec cogitat: & hec feruenti animo adimplere sitit: non dicens quare hoc vel illud onus mihi est impositum: sed quare non subeo libenter. Nec magnum reputat esse quia deo seruit: sed maximū q se adeo indignū: vilem: et miserrimū in sui seruitutem recepit deus. Vnde in hiis omnibus arridet cor suū videns se posse modo per hoc domino suo cōformari: & in tollerantia passionū pro suo modulo ymitari: pro meritis digna pati: & eo ipso dominū honorari. Sub iugo ratiōis iam omnem sui appetitū fortiter restringit: vt ne ad aliquod nociuū: vanum vel inutile extendat. quasi castrū fortitudinis cum omni diligentia cor suū custodit: vt ne solum nociua: sed nec etiā ociosa vel infructuosa pmittat ibi vagari. Semper que sunt diuina vl' in ipsum deum tendentia vult cum magno gaudio ruminare: dulciter amplecti: & q̄m citius efficere. Sed quia dū in hac vita sumus semp vel quasi semper tritico palea admiscetur: ideo vētilabrū discretiōis de qua dictū est tenet in manu ad cōtinuo perflandū & purgandam areā suam in ostio cordis sui: statuit versatile gladiū vt ipsum quasi dei paradisum custodiat diligenter: quicquid in corde suo vesci voluerit ligno vite hūc cogitatū diligenter fouet & nutrit: sed qui ad lignū vetitum solum aspectū direxerit hunc statim a corde suo abscindit. Non eni ibi introitū habet coluber tortuosus: nec ibi muliebris cogitatio reperitur: & si inueniatur: cum vituperio & impetu quodā amouet: cū virilia sola ibi nutriant. Hinc poterit hic vere diuine contemplatiōi adherere qui purificato corpe incedit. Non eni leuat oculos ad vana: non aures ad inutilia vel nociua: nō nares ad odorifera: nō gustum ad dulcia: neq; tactum ad demollia: sed totaliter exterius & interius cū omni diligētia se custodit: ita vt iam nō seruus sed liber sui ipsius plenarie dominet: scdm q hominis dominium assequi potest in hac vita: quo cū fit: vt nunc ad susceptionē diuinarū irradiationum sit aptissimus ob sui ipsius puritatem. Sol eni iusticie habitat in tam puro habitaculo refulgēs in clipeos in quibusdam angelis eius & in intimis: puta tribus anie potentiis: vt omnia sciat: a filio: omnia possit a patre: & que bona sint omnia velit a spiritusancto. Hec sunt tria tabernacula que deus facit in anima iusti: cum nihil quod impediat vl' resistat: illic inuenerit. Splendet igit & resplendet donec illud cor claritate nimia absorbeat: & tunc supra se leuata mens diuinā intret caliginem: modo clamitās. Et nox illuminatio mea in deliciis: quod est iam per donū fortitudinis animū supra periculi metū agere: nil nisi turpia timere: passiōes ignorare: & reliqua fortitudinis opera exercere: vt in nullo bello vel conflictu

succumbere possit temptaminum: quod totum fit deuota & frequenti memoria passionis domini: sicut dicit ad Ephe. vi. Confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Ipse eni dabit virtutem & fortitudinem plebi sue: vt dicitur in Psal. Ab ipso eni nostra est victoria. Corint. xv. Deo gratias qui nos vincere fecit in domino nostro Ihesu christo. Induite ergo vos armatura dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Hec sunt arma eius: ymmo arma nostra. Habeamus pro galea coronã. Pro gladio claues manuũ: & pro calcaribus: clauos pedũ. Pro lorica liuores flagellorũ. Pro equo crucẽ scdm q portauit dominũ: & pro clipeo crucem scdm q portatur ab eo. Iohan. xix. Baiulãs sibi crucem exiuit. etce. Huic dono fortitudinis correspondet quarta beatitudo que est. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: sicut dicit Augusti. Fortitudo cõgruit esurientibus & sitientibus iusticiã: qui laborãt desiderãtes gaudiũ de veris bonis amorem a terrenis auertere cupientes. Nam ibi est aliqua cõueniẽtia dum fortitudo consistat in arduis: vt supra diximus: & valde arduum est q aliquis non solum opera virtuosa faciat que cõmuniter dicunt opera iusticie: sed q faciat ea cũ insaciabili quodam desiderio: quod potest significari per famem & sitim iusticie. Inter fructus vero respondet ei pacientia: que respicit sustinẽtiam malorum: & longanimitas que respicit diuturnam expectationem & operationem bonorum. Ad hoc eni datur spiritus fortitudinis: vt iam fatescẽtem animã erigat quatinus illa pristini vigoris virtute recepta ab effectu sui tedii: ad desideriũ interni saporis conualescat. Creat ergo spiritus fortitudinis in corde famem iusticie: vt dum hic per desiderium pietatis fortiter accendit: illic pro premio plenam beatitudinis societatem consequat. Et hoc est quod superius diximus. s. q exemplo illius beatissime passionis de quo dictum est: propter quod exaltauit illum dominus homines prouocarent vt maceratiõibus & afflictionibus corporalibus vterentur vitiis & concupiscentiis dominari sitire & esurire iusticiã et omnem animi appetitũ sub rationis imperio subiugari: vt sic apti fierent ad reparationem ordinis dominationum.



Exemplum spiritus fortitudinis.

Exemplum huius spiritus. s. fortitudinis habetur iterũ in speculo hystoriali Vincentii libro tercio caplo. xxxix. de sancta Maria deogine: de qua ibidem sic continuat. Et quoniã parum prodest per spiritum timoris mala vitare: p spiritũ pietatis bona agere: per spiritũ scientie in omnibus discretionem habere: nisi per fortitudinẽ maris imminentibus resistamus: bona per pacientiã cõseruemus: per constantiam vsq ad finem perseueremus: per longanimitatem vite eterne premium expectemus. Pater eius apertis thesauris suis quarto lapide precioso. s. fortitudine filiam suam haud dubie ob memoriam & deuotam recordationem passionis domini exornauit: et contra omnia aduersa premuniuit vt nec aduersitatis impulsu frangeret: nec pro speritatis blandimento eleuaretur. Aliquãdo autẽ cum pre dolore paralisis clamare & pectus suum tondere cogeretur quidam eius familiaris & cõpaciens in loco quodam latebat: & pro ipsa domino supplicabat: tunc ipsa piis deuoti hominis supplicatiõibus infirmitatem suam in aliquo minui sentiens. Vade inquit ancille sue: & dic homini illi vt cesset orare p me. Nam orationũ eius medicina discipline mee dum melius habeo incurro detrimentum. Cum autem vexaretur aliquo grauamine quidam ex amicis eius occulte tantum i corde dolebat de eius vexatiõe: tunc illa cordis illius secreta domino reuelante cognoscens misit ancillam suã ad illũ dicens. Dic illi ne amplius doleat pro me. Plus eni grauabat aliorũ doloribus q̃m suis infirmitatibus. Non solum autem per spiritum fortitudinis habebat potentiam resistendi aduersis: sed etiam omnibus carnalibus et illecebris abstinendi: adeo quidã corpus suum iuuecula illa timpanistria quasi inter duo crucis ligna extẽdẽdo desiccauerat: q nunq̃m p plures annos primos etiã libidinis motus contra se exurgere senserat. Ex quo tãtam etiam fiduciam inter homines habebat q omnes sibi similes ex habundantia innocentie & pura simplicitate estimabat Vnde cum quidam eius familiaris amicus ex nimio spiritualis affectionis excessu manum eius aliquando stringeret: licet casto animo nil culpe cogitaret: sensit tamen tanq̃m homo ex illa nimia vicinitate primos motus sibi insurgere Cumq illa prorsus hoc ignoraret audiuit vocem ab excelso. s. noli me tangere: nec tamen intellexit quid significaret: deus eni mitis: & nostris infirmitatibus compaciẽs noluit illum coram sancta muliere verecundia confundere. Dolebat autẽ tanq̃m zelotes amice sue castitatem custodire. Vnde cum illa diceret ei. Audiui nunc q̃ndam vocem: sed quid significet prorsus ignoro. s. noli me tangere. Ille autem quid esset intelligens: & sibi de cetero diligentius cauit: & domino qui eius infirmitatem detegere noluit: gratias agens recessit.

Memoria passionis domini confertur etiam donum consilii.



PEr deuotam & frequentem memoriã passionis domini confertur etiam homini donum consilii: cõtra in aduertentiam & negligentiam: quo cũ in hoc exilio precauent pericula: aggrediuntur ardua: & peragentur difficilima. Nam in illa beatissima passione crucifixus cum christo ad opera supererogationis: ad que etiã homo nõ tenetur de precepto rapitur: & quodam tractu amoris iam spiritu cõsilii subleuatur: hoc modo. Cogitanti primo quomodo dominus deus noster Ihesus cristus obediens fuerit patri vsq; ad mortem: mortem autem crucis: omni vilitati: subiectioni: derisui: & dolori subiectus p nobis paternũ cum sua deiectione requirẽs honorem ignominose pro nobis moriendo. Recogitanti quoq; secũdo: quomodo christus & si semper pauper fuerit in cruce: tamen fuit pauperrimus dum expoliatus & denudatus fuerat pro nobis in ligno. Et recogitãti tercio: quomodo is qui cum esset dulcissimus & solacium angelorũ in cruce plenus fuerit amaritudine & dolore. Precisa eni fuit hec vera vitis dominus noster Ihesus christus primo in incarnatioue vbi minoratus ab angelis: ymmo & infra omnes humiliatus fuit: quomodo amputata fuit ab illo gloria cultro ignominie. Potentia cultro abiectionis: voluptas cultro doloris: diuicie cultro paupertatis: & postremo cultro timoris amputati sunt ab ipso omnes amici & proximi: vt non esset qui consolaret eum ex omnibus charis suis: torcular calcauit solus & de gẽtibus nõ erat vir cum eo. Et cum sustineret cor eius in properium & miseriam expectauit qui simul contristaretur & non inuenit. Porro ille in quo omnes thesauri sapientie & scientie sunt absconditi rex regũ diues in omnes solus nullius indigens sic: fit paup vt ipso teste vulpibus terre & volucribus celi pauperior inueniatur: cum ait. Vulpes foueas habẽt: & volucres celi nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet. Pauper in natiuitate. Pauperior in vita. Pauperrimus in cruce. Natus pastum habuit lac virgineũ: tegmen viles pannos. In vita vero & si tegumentũ habuit sepius in victualibus defecit. In morte autem & nudum inuenies: & sitientem nisi forte sitis ipsius regimẽ velis adhibere: acetum mirra & felle mixtum. Ex quibus iã consurgit contemplantis animus ad similia peragendum facile persuadetur: vt se modo libẽs abstrahat ab omni appetitu honoris: ab omni rerum possessiõe: & ab omni corporali consolatione: desiderans cum deo suo omnem vilitatem: abiectionem: derisionẽ & dolorem in toto corpore suo paciendo subire: in quibus tunc se possit domino suo gratum facere & quomodolibet cõformari: nõ se placere iam desiderat hominibus: sed ab hiis ob gloriã & honorem dei sui vilipendi despici et odio haberi: quam obrem sunt ei modo laudes sue idest de seipso sanies fetitissime: diuinas laudes solũ requirẽs. Ibi effluit: ibi resoluitur: & inextinguibili siti per arrescit. In omnibus solum diuinũ honorem perquirẽs: nõ ad se vel sua reflexus nec ad aliqua alia obligatus: sed totus rectissime tendens in celum: quo maxime letetur animus: vt suo quouis vituperio honorificetur deus. Ad vtranq; anhelans consilium: tam paupertatis: q̃m abiectionis: & despectiõis: quod tũc videat sibi persuasum esse & vtrumq; simul in domino nostro Ihesu christo fuisse crucifixo. Et reuera iam semper vellet esse nudus cum nudo in cruce dolens se aliquid habere quod ad vsum paupis aut honorem dei spectare videtur. Hinc vtitur paucioribus quibus potest: alienans se a pluribus: vt p amplius in abiiciendo q̃m in multiplicando delectetũ diuicias. Nam & de corporeis delectatiõibus consolationibus: & deliciis dicimus: q pfecto ab hiis omnibus inq̃ntũ est possibile: & ab omni alia consolatione que non adeo scdm deum & in deum est se nititur aduertere: petens & desiderans amaritudine & afflictione cum christo suo adimpleri. Vnde queq; corpori vel cordi suo placita quibus tunc beatissimis vulneribus se conformari non posse videat abhorret abstrahẽs se modo ab omnibus per donũ consilii quibus imminere videt periculum: pinde & cum deliberatione omnia faciẽs: anhelansq; ad omnia per idipsum consilium quibus tunc honor diuinus caritatem in proximo & animarũ salus augeri possit: quare iam solus cum solo versat et circa diuinos honores circa diuicias eternas circa immẽsas dei delicias in predicta passiõe negociat: vt deuota anima iam ibi habitans tripudiat: quo cõpassionis amaritudine dulcoret animus: & mens leuata supra se inebriatur amore: innixa sup dilectum deliciis affluens: in domino deo suo regescit: quod est iam spiritu cõsilii: precauere pericula: & se munitum reddere in foraminibus petre ardua aggredi & super erogationis opera exercere: sicut est diligere inimicum: & omnia sua dare paupibus animo pietatis: quibus tunc operibus ex dono consilii perpetratis correspondet quinta beatitudo: que est beati misericordes: scdm Augustinum qui ait. Consilium conuenit misericordibus: quia vnicum remedium est de tantis malis erui dimittere et dare. Consilium eni proprie est de hiis que sunt vtilia ad finẽ vnde ea que maxime debent correspondere dono consilii: hoc autem est misericordia: scdm illud ad

Thimo.iiii. Pietas ad omnia vtilis est: & ideo specialiter dono cōsilii respondet beatitudo misericordie: non sicut elicienti: sed sicut dirigenti. Nam ad hoc specialirer datur spiritus consilii vt qui veniēs ad cor doceat illud in hoc seculo libenter peccantibus in nos misericordiam impendere: quatinus in futuro cum pro peccatis nostris rationem reddituri simus mereamur misericordiā inuenire: sicut dicit. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā consequent. Et hoc est illud qđ supius diximus ꝙ per illam indicibilem pietatem qua christus in cruce orabat pro suis crucifixoribus redderentur homines ipsam cōtemplantes affecti ad pietatem & misericordiam & ita apti ad restaurationem ordinis virtutū Psal. Calix meus inebriās q̄m preclarus est: hoc est munus: dicit glosa: sanguinis domini qui sic inebriat vt mentem sanet dans obliuionem vanarū delectationum. Hec inq̄m vinolentia sobrios reddit hec plenitudo malos euacuat: et qui illo poculo nō fuerit repletus eterna redditur egestate ieiunus. Additq; preclarus est vtiq; cum talia conferat & ad regnum celorum perducat.

Exemplum spiritus consilii.



Huius spiritus cōsilii: qui crebro datur passionē christi deuote ruminantibus Exemplum habetur iterum de sancta Maria deogine in eodem speculo hystoriali libro.iii.caplo.iiii. vbi tūc de ipsa sic cōtinuatur. Per spiritum autem consilii nihil precipitant: nihil inordinate agens: sed omnia diligenter: prouide: & cum deliberatione faciens: licet familiari spiritussancti consilio interius vteret: licet diuinis scripturis haud dubie memoria dominice passionis sufficiēter instrueretur: pre nimia tamen humilitatis habundantia: ne sapiens in oculis suis videretur aliorum consiliis proprie voluntati abrenūciando seipsam libēter & deuote subiicere nō dedignabatur. Multi tamen de familiaribus amicis eius qui diuinam eius prudentiam frequenter experti erant sine eius cōsilio nihil magni facere audebāt. quod eni humana ratione scire non poterat premissa oratiōe diuinitus inspirata sciebat. Vnde cum quidam amicus eius mediocritate sua contentus: tanto securius q̄nto ab oculis hominū abstractus: et a pompa seculari remotus: deo i humilitate seruiret: a quodam nobili inquireretur vt magister eius esset qui ei equos & vestes & alia multa bona copiose pueret: mulierem sanctam consuluit: quid sibi agendum esset. Illa vero sicut nihil vnq̄m de se presumebat oratione premissa postq̄m ab archanis diuinorum consiliorum thalamis reuersa est: respōdit. Vidi vobis in hoc facto magnū equū preparari qui conuersus infernum hynniebat: & demonum exercitus applaudebat. Manete igit̄ scđm consiliū meum in vocatione qua vocati estis a domino: ne per ambitionem vel seculi pompam detis occasionem dyabolo. Aliud exemplum q̄m pulchrum si vis lege ibi.

Memoria passionis domini cōfertur donum intellectus.



Per frequentem & deuotam memoriā passionis domini confertur etiam homini donum intellectus quo cum cognoscitur deus collatiue in comparatione ad creaturas: per signa: vel etiam illuminationem: de auditis in scriptura: contra brutalitatē: qua homo tantum adheret istis exterioribus: non intelligens honorem suum dummodo vltra visibilia nihil querat intus legere: quis sit: & qualis: quoniam ymmo q̄ntus: et vbi: quis scđm gratiā: qualis scđm vitam: q̄ntus in meritis: & vbi in exilio. Nam in illa beatissima passione crucifixus cum cristo Ihesu ad perspicacitatem speculatiōis ascendit per donū intellectus hoc modo. Cum homo corde pio cogitat ꝙ filius dei voluit pro ipso redimendo talia sustinere: statim recogitat q̄nte dignitatis: q̄nteq; nobilitatis sit anima sua pro qua redimenda voluit filius dei mori: & hoc ipso ad nobiliora animatur: quia dum illum iam preciosissimū sanguinem pro anima sua dealbanda esse effusum agnoscit: ac etiā

per illam beatissimam passionem ruinam angelorum de hominibus reparari. Dedignatur iam de vilibus & caducis ad momentū saltim cogitare. Vnde prouocatur & animatur ad angelice visionis intuitum: per intellecta visibilia inuisibilia conspicere: atq; in celestibus conuersari. Et tunc quia videt christum in cruce totum expositū tribulationi: iam omnia sibi leuia videntur: dum illi soli possit complacere. Recogitans q̄ntum iam ab ipso christo dilectus sit quem pro se videt tam dire ignominiose & acerbe tractatum: accensus in amore latus illud beatissimum ꝓ suo modulo nititur introire: quod tunc ꝓ se dignoscit esse apertum: ardescit quasi ignis animus eius: et se cum christo toto corde desiderat crucifigi suspirat: cruciatur: & anhelat totaliter illa passiōe perfundi: & plenarie in suum dominū crucifixum transformari. In seruitute & miseria se esse reputans nisi cōseruetur in sanguine redemptoris: nec se hominem sed bestiam nisi vestitus sit dominica passione. Abhorret igitur nunc tam pium opus redemptionis nostre nobilissimū dei beneficium negligere: & ideo semper vel quasi semp vult de ipso meditari: sicut vult per eum redemptus permanere: sic vult redemptiōis precium in corde suo portare. Iam christum passum vitam suam: & suas delicias esse reputans: et semper conuersatur cum illo. O q̄ntus dolor q̄ntaq; tristicia si videat cor suum ad aliquod aliud inclinari: qui se christi inebriat cruore. Vnde dedignatur iam perfrui alia potiōe cum sanguis eius ornat genas illius: & christi formis forma christi. Agnoscit eni ꝙ apertione lateris anima eius copulata est in cōiugium ipsius christi: & ideo semper vult stare ad latus illud palpitās & contrectans sponsum suum vulneratum vt & ipsa vulneretur in corde suo: quod tūc vulneribus sponsi applicat & ligat indissolubili vinculo charitatis Nam vulnera christi dicūtur celle vinarie aperte & adtabernate vt inebrientur anime charitate. Can. i. Introduxit me rex in cellaria sua. Ibi sugunt mel de petra: & sanguinem vue bibūt meracissimū. Cantico. v. Bibite & inebriamini charissimi. Vulnerasti eni inquit sponsus sponse cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meum: que tūc mutuo illius amore vulnerata ꝓclamat viceuersa. Vulnerata eni charitate ego sum ideoq; filie hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo. Sicq; colligitur vulnerata sponsa cum vulnerato spōso: & vulnus vulneri copulatur. Vnde sanguis ille columbinus quo visum anima recuperat ipsius sponsi iam emanat & influit in vulnera ipsius sponse sauciata compassiōne: vt ipsa modo deficiat pre dolore & liquescat ipsius sponsi amore: itaq; in domino suo Ihesu requiescit: vbi legit videt intelligit & inuenit: que: q̄lis: & q̄nta: sit amore cuius dei filius tot et tanta voluit sustinere. Vnde Bernhar. O bone Ihesu fecisti corpe tuo mihi speculum anime mee: quod eni in publico hoc ego paciebar in occulto: quod foris a ministris Cayphe: ego intus a nequitiis sathane: & subintelligitur cum velata facie colaphisabatur in domo principis sacerdotum: vt omnem nobis confusiōem auerteret a facie insipientie nostre: eramus aliquando tenebre: nunc vero ambulamus in luce: quod nobis super candelabrum luminat in ara crucis: vnde christus per passionem suam intellectum illuminat: quia hoc est collirium in quo inungēdi sunt oculi: vt videant. Appoca. iii. Item hec est virga de cuius summitate gustato melle illuminantur oculi. Ionath. i. Item fel piscis quo liniti oculi ceci curātur. Thobie. vi. Sic ad litteram Longinus qui cum ipse esset cecus astans passioni domini illuminatus: & cōuersus est. Passio igitur domini illuminat & intellectum dat paruulis: hoc est humilibus passionē eius pie & fideliter cōtēplantibus: quod est deum iam per donū intellectus collatiue cognoscere: & in modo contemplandi ea que de ipso domino nostro Ihesu christo per scripturas prophetarum dicta sunt illuminari: per q̄d modo resipiscat homo: & recuperet visum mentis: quo videat & intelligat honorem suum & reuertatur ad dominum quod fit per donum intellectus: quia ei correspondet sexta beatitudo. s. Beati mundo corde: sicut dicit Augustinus. Sexta operatio spiritussancti que est intellectus: cōuenit mūdis corde: qui purgato oculo possunt videre quod oculus non vidit. Pro quo sciendum ꝙ duplex est mūdicia: vna quidam preambula & dispositiua ad dei visionem que est depuratio affectus ab inordinatis affectionibus: & hec quidam mundicia cordis fit per virtutes & dona que pertinēt ad vim appetitiuā. Alia vero mundicia cordis est: que est quasi cōpletiua respectu visionis diuine: & hec quidam est mundicia mentis depurate a fantasmatibus & erroribus: vt. s. ea que de deo proponuntur non accipiantur per modum corporalium fantasmatum: neq; scd̄m hereticas puersitates: & hanc mundiciam facit donum intellectus cui respondet sexta beatitudo. s. beati mūdo corde & de fructibus ipsa fides: quia sicut dictum est fructus spiritus dicūtur vltima & delectabilia: que in nobis proueniūt ex virtute spiritussancti. Itaq; iam spiritus intelligentie deuota & frequenti meditatione passionis domini ad cor veniens emūdat illud atq; purificat & illum interiorem oculum nup primi parentis scelere calligatum: cognitiōe verbi dei quasi quodam collirio sanans: eo vsq; luminosum atq; serenum efficit vt ad ipsam etiam deitatis claritatem contēplandam perspicax fiat. Ex spiritu eni intelligentie mundicia cordis nascitur: mūdicia vero cordis visionem dei promeretur: sicut scriptū est Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt Et hoc est quod superius diximus ꝙ per veritatem in illa beatissima passione expressam illuminarent homines ipsam contemplantes ad diuine veritatis cognitionem: vt ita apti fierent ad restauratiōnē ordinis cherubin. Nam primo homo ad hoc conditus fuit vt si non peccasset per contemplationis presentiam vultui creatoris semper assisteret: vt eū semper videndo semper amaret: & semper amādo semper ei adhereret: semper herendo ei qui immortalis est & ipse etiam vitam sine termino possideret sed proiectus est a facie dei: quando propter peccatum

cecitate ignorantie percussus ab intima contemplationis illius luce foras venit eo q profundius ad desideria terrena mentē inclinauit quo magis supnorum dulcedinem quorum iam gustum perdiderat obliuisci cepit: sicq factus est vagus & pfugus super terram: vagus videlicet per inordinatam concupiscentiam: profugus per peccatricem cōscientiam & cor hominis quod prius amori diuino affixū stabile perstitit: & vnum amando vnum permansit postq̄m per desideria terrena defluere cepit quasi in tot diuisum est quot ea sunt que concupiscit. Sicq fit vt mēs que verum bonum amare nescit nunq̄m valeat esse stabilis quia desiderii sui finem in hiis que amplectitur non inueniens dum semper se desiderio extendit sequens quod consequi non valet nunq̄m requiescit hinc nascit motus sine stabilitate: labor sine requie: cursus sine peruentione ita vt semper inquietū cor donec illi adherere ceperit vbi & desiderio suo nihil deesse gaudeat: & ea que diligit semper mansura confidat. Per dominū nostrū Ihesum christum qui via veritas est et vita. Proinde ait. Cum exaltatus fuero. s. in cruce: omnia traham ad meipsum: quod & sibi pater eius per pphetam Esaiam promisit dicens. Ab oriente tanq̄m per vnum brachium crucis semen tuum: & ab occidente sup altero crucis brachio congregabo te. Dicam aqloni per crucis terciū brachiū da: austro p quartū brachiū noli prohibere: affer filios meos de longinquo & filias meas de extremis terre quod superius expositum est in fructu. xii.

Exemplum huius spiritus sci licet intellectus.



Hvius spiritus intellectus. s. qui crebro datur passionem christi deuote rumināntibus. Exemplum habetur iterum de sancta Maria deogine in eodem speculo hystoriali Vincētii libro. iii. caplo. xli. vbi de ipsa sic continuat. Sic igitur ornata monilibus filia hierusalem. Hiis predictis spiritussancti donis illustrata corde purificato per spiritum intellectus: haud dubie memoria dominice passionis cōuersabatur in celestibus. Relegatis eni a se formis sensibilibus vniformes et inuariabiles supercelestiū species q̄nto summo et inuariabili maiestati magis accedebat tāto in eius animo purius resultabāt. Cūq subtilis & attenuatus spiritus eius incēdio pii amoris cōcrematus tanq̄m virgula fumi ex aromatibus supercelestia penetraret: & quasi per quosdam gradus in regione viuorum perambulans per vicos & plateas querebat quem diligebat. Nūc sanctarum virginum liliis delicata. Nunc sanctorum martyrū rosis odoriferis recreata: aliquando apostolorū senatu venerabiliter recepta: quādoq cetibus angelorum sociata. Cum p omnes gradus ascēdisset: cum per omnia paradisi loca animo letāti perambulasset: paulum cum omnia pertransisset inueniebat quem ardenter eius anima desiderabat: ibi demum perfecte quiescebat. Cum autem librum vite vicinius inspiceret multa per spiritū intellectus in eo percipiebat: que tandem ad se reuersa prophetico spiritu pronunciabat. Vnde tribus annis anteq̄m homines signarentur cōtra hereticos prouinciales: dixit q viderit cruces super hominum multitudinem de celo copiose descendentes. Cum autem sancti christi martyres qui zelo crucifixi a lōginquis partibus vt christi dedecus vindicarēt deuenissent ad locum qui dicitur mōs gaudii: ibidem ab inimicis christi interfecti sunt. Ipsaq licet p tanta terrarum spacia remota esset: vidit sanctos angelos congratulantes & interfectorum animas absq aliquo purgatorio ad superna gaudia deferentes. Vnde tantum huius peregrinationis recepit ardorem q retineri nō posset si sine proximorum scandalo aliquo modo pergere valeret. Cumq quasi ridēdo quereremus ab ea quid illic si peruenisset faceret: saltim aiebat illa dominum meum honorarem: nomen eius cōfitendo illic. s. vbi impii abnegauerunt eum blasphemādo Reliqua plura exempla si vis conspicias ibidem.

Memoria passionis domini confertur donum sapientie.



Per deuotam & frequentē memoriam passionis domini confertur homini etiam donum sapientie: qua cum cognoscit deus absolute: vel experimento: vt cum dulcedinem eius gustamus Vnde sapientia dicitur quasi sapore virtutum condita scientia: que datur contra puerilitatem qua homo pueriliter operatur: vt per hāc discat puerilia despicere: lac. s. temporalis delectationis: fatuitatis & dulcedinis: celestia tanq̄m vera appetibilia: & terrena: tanq̄m transitoria sapere & non plus q̄m in rei veritate sapere debet. De qua dicitur Colo. i. Impleamini cognitione voluntatis dei. s. in omni sapiētia intellectuali & spirituali quam tūc sanctus Bernhardus distingnit tripliciter. Nam quedam ait sapiētia est cordis: quedam oris: & quedam operis. Cordis inquit sapientia est in fletu peccatorum preteritorum in contemptu presentium cōmodorum: & in desiderio futurorū premiorū. Oris vero sapientia consistit in hoc vt sit in ore confessio proprie iniquitatis: sit gratiarumactio & vox laudis: sit in sermone edificatio sermonis. In operibus queramus etiā tripliciter sapientiam. Primo si quis pacienter: obedienter & innocenter conuersatur: vt videlicet fidelis obedientia mortificet propriam voluntatem. Hylaris paciencia similiter corporalem & mūdialem verisimiliter sustineat aduersitatem. De ista vero sapientia. s. cordis: potest adduci figura que scribit. iii. Reg. x. quomodo regina saba audiens sapiētiam Salomonis venit a finibus terre audire sapientiam eius. etce. Moraliter regia saba: idest anima capta in peccatis audiens: idest per inspirationem sentiēs famam Salomonis: idest dilectionē suauissime bonitatis christi: qua preuenitur: & qua sibi eam recōciliauit: & quasi damnatam ad vitam reuocauit incitatur: vt veniat gressibus mentis & cordis cū magno comitatu. i. multis suspiriis & desideriis ostendens sapientiam cordis ad christum verum salomonem: de finibus terre: idest de peccato. Nam quid plus seperat & distare facit a deo q̄m peccatū quod finis terre dicitur: quia peccatū quod a deo distare facit in cordibus terrenorū frequenter habitat: audire sapientiam salomonis. Hec est vera sapientia: vt peccata defleamus: mundum cōtempnamus: & templum appetamus: vt singula nobis sapiant pro ut scd'm rectam rationem saporem retinent. Docet eni noster salomon: vt quisquis supplicia caueat: dei iusticiam metuat: & incertitudinem mortis aduertat: eternam infamiam erubescat. Item docet discretius eligere: spiritualia temporalibus preferre: et eterna temporalibus: & honesta vilibus anteponere. i. Corin. i. Vbi sapiens: vbi scriba: vbi conquisitor huius seculi. Nonne deus stultam fecit sapientiam huius mundi. Vere stulta est sapientia qua diligitur mundus: & cōtempnitur deus: ambiuntur honores: & corrumpuntur mores: acquiritur pecunia: & perditur conscientia Sed videamus nūc qualiter hec vera sapiētia cordis acquiratur memoria dominice passionis. Nam in illa beatissima passiōe crucifixus cum christo ad acumen contēplatiōis ascendit per sapientie donum hoc modo. Audiuit nostra regina saba dei sapientiam quando recogitat verbum dei increatum & pro nobis passum & ymmolatū: que tot & talia pro nobis sustinuit: & cogitat q͙ nullus sapiēs de facili vult perdere quod sic care et preciose emit: nisi districta iusticia oporteat Concipit igitur spem de venia: supplicat deo pro gratia: & promittit q̄ntum potest satisfaciendo ꝓ culpa. Deinde vidit domum quam Salomon edificauit: idest seipsam & suam animam que facta est ad hoc vt sit domus dei & templum spiritussancti Videt inq̄m q̄m gloriose & formose est facta: & q̄m turpiter per peccatū est defedata: & incipit ammirari de dei misericordia: que sic dulciter parcit anime. Et secundo videt cibos mense sue: idest considerat q̄m misericorditer pascit peccatores q tamē indigni sunt pane quo vescuntur. Tercio considerat ministros & seruos: idest videt quomodo cūcte creature homini seruiunt: quo tamē seruicio peccator indignus efficitur: dum suo creatori obediendo non subiicitur. quarto vestes quando considerat q̄m misericorditer hucusq; tegebat nostra crimina occulta. quinto pincernas recogitās q̄m benigno modo deus nobis promittat & infundit vinum deuotionis & contritiōis: quia potauit nos vino compunctiōis. Sexto holocausta que offerebant: idest quomodo christus in ara crucis se sponte ꝓ nobis obtulit: vt holocaustum deo patri etiā omnibus beneficiis prefatis: vt sic oculi sapientie sue in capite scilicet in christo qui est caput nostrū non habebat vltra spiritū: nec tunc remanet spiritus peccati: quia extunc ingreditur spiritussanctus: & expellitur spiritus immundus. Et iam finaliter sicut Salomon dedit regie magna & preciosa munera: rex noster qui salutē nostram opatus est in medio terre dat anime de se talia cogitanti omnes thesauros vere sapiētie & scientie: virtutis: atq; gratie. Nam dū homo considerat potentissimum pro nobis cōculcari: sapientissimum ad modum stulti deludi: optimū amaritudine repleri: & iustissimū turpissima morte cōdemnari: surgit mens in quadam ammiratione tante dignationis diuine: & tante erga nos benignitatis indignos admirans excellentissimam benignitatem & clementiam domini erga nos seruulos suos: vnde tunc incipit mentis desiderium & amoris ardor erga dominū nostrum incendi: & gustus cum quodam ineffabili modo dulcorari: appetitus reifici: & totus homo interior alienari a se: & quietare in christo domino Ihesu. O mira & a seculis res inaudita in ineffabili amaritudine dulcor ineffabilis reperitur. Mirabili namq; modo amaritudo amarissima dilecti Ihesu amorose mēti in dulcedinē q̄ndā versatur in expressibilem totū rapiens in se spiritū eius vt gustato spiritu desipiat omnis caro in quo tunc perficitur speculacio contemplātis: quia summam & inenarrabilem dulcoris suauitatē quā sentit i cōsideratiōe illius summe clemētie q͙ dignatus ē ꝓ nobis mori cōiungit cū inestimabili amaritudine q̄m sentiūt in cōpaciēdo doloribus cristi passi.

Vnde amaritudo compassionis recolligit: & vnit: admiratio diuine clementie in eadem passione animum iam vnitum eleuat: et totum ad deum diffundit. Et quia ibi est inenarrabilis amaritudo: cum inenarrabili dulcedine reperitur: ideo inter vtrūq; obstupescit animus contemplantis: rapitur a se vel supra se & alienatur: atq; quasi ebrius totus corruit in dominum: vbi tunc anima liquefacta charitate in comprehensione illius summe charitatis fit tanq̄m aurum in fornace purissima. In consideratione illius excellentissime clementie & benignitatis desup rigata gratia piguissima: ab illo sole iusticie obumbrata splendidissima: & ab illa amaritudine mundata & collecta abstractissima: ab illa immensitate bonitatis desuper prospecta diuinissima: a qua tandem ineffabili iocūditate absorbetur: atq; mira suauitate sopitur clemētie: quod est sponsam cum spōso requiescere: & inter dulces amplexus iā de fontibus saluatoris aq̄s viuas: verā sapientiā exhaurire Notandum igitur q̄ ad sapientiam sc̄d̄m q̄ est donum pertinet non solum contemplari diuina: sed etiam regulare humanos actus. In qua quidam directione: primo occurrit amocio a malis que cōtrariantur sapientie: vnde et proinde timor dicitur inicium sapientie inq̄ntum facit recedere a malo. Vltimum autem est sicut finis q̄ omnia ad debitū ordinem redigantur: quod pertinet ad rationem pacis: quia pax est tranquillitas ordinis. Et ideo conuenienter huic dono sapientie correspondet septima beatitudo: que est. Beati pacifici. sicut dicit Augusti. Sapientia conuenit pacificis: in quibus nullus motus est rebellis: sed omnes obtemperant rationi. Sapientia eni a sapore dicitur: vt cum mens gustu interne dulcedinis tacta totam se p desiderium intus colligit: ne foris iam eneruiter carnis voluptate dissoluat: qa totū intus possidet i quo delectat. Vnde spūs sapiētie cor sua dulcedine tangēs: & foris cōcupiscentie ardorem tēperat: & sopita cōcupiscentia intus pacem creat: quatinus dum mēs tota ad internum gaudium colligitur plene ac p̄fecte homo ad ymaginem dei reformet: sicut scriptum est. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabūtur. Filii dei scilicet inq̄ntum participāt similitudinem filii vnigeniti: & naturalis sc̄d̄m illud Roma. viii. quos presciuit conformes fieri ymaginis sui filii: qui quidam est sapientia genita: & ideo percipiēdo donū sapientie per deuotam memoriam dominice passionis ad dei filiationem homines pertingūt. Et hoc est quod supius diximus q̄ nimia caritas que splendebat in cruce faceret incēdium amoris erga deum & proximum in omnibus contemplantibus eam vt sic redderentur apti ad reparatiōem ordinis seraphin.

Exemplum illius spiritus sapientie.



Exemplum huius spiritus. s. sapientie habet iterum de sancta Maria deogine in eodē speculo hystoriali Vincentii libro tercio capitulo. xliii. vbi de ea sic continuatur: Mellifluo sapientie dono haud dubie frequenti memoria passiōis domini cor eius medullitus afficiebat: verba dulcorabantur: & omnia eius opa suauitate spiritualis vnciōis inpiguātur. Mitis corde. Dulcis ore. Suauis opere. Ebria caritate. Aliquando cum in lecto suo per tres dies iacuisset & cum sponso suauiter quieuisset pre nimie iocūditatis dulcedine dies illi adeo furtiue labebantur q̄ vix per vnū momentum sibi iacuisse videbatur. Mirabili autem affectionū varietate deum aliquādo esuriebat: quādoq; vero eū sitiebat: q̄ntoq; dominum plus sentiebat: tanto magis desiderium crescebat: anxiebat: clamabat: & vt remaneret supplicabat: & vt nō recederet quasi inter brachia amplexando stringebat: atq; vt se amplius ei ostenderet cum lachrymis obsecrabat. Aliquando autē per tres dies vel plures vt sibi videbatur eundem quasi paruulum inter vbera commorantem stringebat: et sese vt non videretur ab aliis occultabat. Aliquādo cum eo tanq̄m cum puero osculando ludebat. Aliquando tanq̄m agnum mansuetum iuxta gremiū: quandoq; quasi columbam ad solacium filie sue pius filius virginis se ostēdebat: quasi aries stellam lucidam habens in fronte circuens ecclesiam fideles suos vt ei videbatur visitabat. In diuersis autem solemnitatibus domini quasi configuratum solennitati sue se ei ostendebat. Nam in natiuitate apparebat ei quasi puer vbera matris virginis lactās: vel in cunabulis vagiēs. Et tūc ad eū afficiebat tanq̄m ad paruulū sc̄d̄m ostensiones habens varias affectiones. Et ita singulis annis renouabant festiuitates.

In festo autem purificationis videbat beatam virginem filium suum in templum offerentem: & Symeonem eum inter vlnas accipientem. Et in hac visione non minus exultabat pre gaudio quam si presens fuisset: quando hoc accidit in templo. In hac autem festiuitate cum cereus eius diu extinctus fuisset in processione subito lumen claritatis clarissimum nullo nisi deo accendente recepit. In passione autem dominus aliquando ei in cruce apparebat: sed raro quia vix sustinere poterat. Cum autem appropinquaret aliqua magna solemnitas quandoque octo diebus ante gaudium sentiebat. Et ita secundum anni totius cursum variis modis mutabatur & mirabiliter afficiebatur. Videbat etiam ad ymaginem crucifixi aliquando quosdam radios exeuntes & ad eam pertingentes: & quasi vsque ad cor eius penetrantes in quibus omnibus valde delectabatur: & miromodo spiritus eius in talibus confortabatur. Cum autem pre desiderio eterne fruitionis pre amore diuine visionis: pre dilectione optate & eterne beatitudinis in hoc exilio huius mundi langueret: vnicum tamen & summum ei erat remedium: & singulare solacium: manna panis celestis donec veniret in terram promissionis. Iam enim in hoc seculo per experigentiam didicerat quod ait dominus in euangelio. Nisi manducaueritis carnem filii hominis: & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Nec erat ei sermo ille durus vt iudeis: sed suauis: quippe qui omnem delectationem et omnem saporis suauitatem in eius perceptione interius in animo & etiam in ore eius mellifluo sentiebat. Cumque amplius sanguinem viuificum sitiendo facere non poterat: aliquando post missarum solennia vt saltim calicem nudum sup altare diu posset inspicere exigebat. Et reliqua multa illic si vis poteris inuenire.



De sessione domini sup pullũ & asinã.

Frequentabãtur mysteria: implebantur scripture per dominum Ihesum.
Instante tempore quo volebat ꝑ proprii sanguinis effusionem mũdo cõferre remediũ. Puta imminente iã tpe
pascali quo ymmolabat agnus: ipse tanq̃m verus
agnus ad locum passionis accessit pro salute mũdi
voluntarie ymmolandus. Facto ostendens ꝙ erat
paratissimus se humiliare & obedire vsq; ad mortẽ
contemptibilissimã et acerbissimam pro omnibus
Cumq; dominus pergere vellet: mater vt credit pio
affectu eum retinebat: similiter et discipuli eius: ip
se vero aliter disposuerat qui vniuersorum salutem
sitiebat. Cepit igit ire per montem olineti ad de
notandum ꝙ per solam pietatem: nõ per necessita
tem veniebat ad passionem: scd̃m hyeronimũ. Iste
mons vocatur mons olei: crisinatis: & luminis: in
quo significatur triplex effectus dominice passiõis
In oliua venia indulgẽtie. In crismate vncio gratie
Et in lumine splẽdor glorie. Exinde misit duos an
te se apostolos: quia ꝑ duo generalia mandata om
ne genus hominũ de peccato absoluitur. s. diliges
dominũ deum tuum ex toto corde tuo. Et ꝓximũ
tuum sicut te ipsum. In hiis duobus omne peccatũ
expellitur: & omnis iusticia consumat. Et dixit eis
Ite in castellum quod cõtra vos est: idest coram vo
bis ex opposito positum ad radicem alterius mon
tis. s. syon. Hoc etiam dicit quia contradictiõem fu
turam in Iherusalem cõtra apostolos preuidebat.
Et inuenietis asinã & pullũ eius sup quẽ nullus se
dit: soluite & adducite mihi. etce. Mistice. Castel
lum mũdus est: discipuli predicatores. Mundus ve
ro est contra predicatores: quia mũdus amat diuiti
as: honores: & delicias. Econtra predicatores predi
cant: paupertatẽ: abiectionem & asperitatem. Asi
na populus iudeicus est propter stulticiã. Pullus po
pulus gentilis ꝓpter lasciuiã & peccãdi cõsuetudi
nem. Est eni hoc animal immũdum: rude: stultũ &
infirmũ. Sic homies ante christi aduentũ: & alliga
ti praua cõsuetudine peccati: quod vinculũ fortius
ceteris est: quia licet alia vincula vetustate putrescãt
& corrũpant: vinculũ tamen peccati sua vetustate
fortificatur. Sup quẽ nemo sedit. quia nulli vult
obedire. Soluite monitis vestris ab erroribus et pec
catis: euidendo & extrahẽdo: & solutos ostenden
do. Et adducite mihi in fide: & moribus informan
do: vt soluti a vinculis me sequant ymitando. Do
mino itaq; sessuro sup asellum vestes suas discipuli
prostrauerant: significãtes saluatorem: seu salutem
nequaq̃m insidere nude anime quã nõ videlicet ve
stitam inuenerit doctrina & moribus apostolorũ
Moraliter. Per asinã etiã potest itelligi caro nostra
pigra stolida: lasciua: ab anteriori debilis: idest ad
spiritualia: a posteriori fortis: idest ad temporalia:
per pullum carnalis affectus: et vanum desiderium
nostrum: que ligantur: idest voluptatum illecebris
irreciunt: sed ea soluere & subiicere debemus vt de
us ibi sedeat. Illiq; dicamus yt iumentum factus
sum aput te: onus taxa & portabimus: & econuerso
audiamus. Empti estis precio magno: portate chri
stum in corpore vestro. Per illos ergo qui asinã &
pullum ad christum deducebant penitentes signifi
cari possunt: qui carnẽ suã dant deo per mortificati
onem: & animã per contritionem. Sicut eni ꝑ asi
nam caro. sic ꝑ pullum anima designat. Ad osten
dendam igitur suã humilitatem & mansuetudinẽ
dominus non super superbum & feruidum: sed hu
milis super humile: & mitis sup mite animal sedit:
quia nõ in superbis & asperis: sed in humilibus &
quietis tantum requiescit. Hoc autem totum factũ
est preter humilitatis exemplum in hoc facto osten
sum etiã adimpleretur consecutiue: non effectiue:
quod per ꝓphetã Zachariã dictum est. Dicite filie
syon. s. ciuitati Iherusalem: hoc est habitantibus in
ea. Noli timere: ymmo exulta & iubila: vbi dat se
curitatẽ: & excludit timorem humanum & seruilẽ
Ecce rex tuus: idest christus venit tibi mansuetus se
dens super asinã & pullum. Non curru: non equis
vtens: non scutiferis: circũducens: sed magnam hu
militatem & mansuetudinẽ huic ostendens. Ergo
etiã in exterioribus necesse est vt humilitatẽ preten
das si christum sequi desideras. Voluit etiã domi
nus ante passionẽ honorari vt se verũ deũ ostende
ret qui corda hominum sicut vult immutat: quem
eni prius voluerũt occidere: nunc eum tanto hono
re susceperũt. O q̃m dissimile est. Tolle tolle cruci
fige eum. Et benedictus qui venit in nomine domi
ni. O q̃m dissimile est: rex israel: & nõ habemus re
gem nisi cesarem. O q̃m dissimile est rami virentes
& crux mortis: flores & spine cui pauloante prebe
bant vestimenta aliena: nunc suis exuitur sortemq;
mittentes.

¶ Oratio.

Domine Ihesu christe qui ad passionẽ
spontaneus aduenisti: adueni & mi
hi misero per gratiã in corde meo. Et
qui me tunc reparasti per crucem. Ite
rum repara lapsum per eandem beati
ficam passiõem. Largire mihi domine vt in omni
bus humilitatẽ & mansuetudinẽ custodiã. ac tibi
carnem & spiritum totaliter subiiciã: & vt iumen
tum aput te fiam quatinus in me sedens: & me qua
si iumentũ regens nunc ad intime pacis gustum: su
perneq; pacis desideriũ ducas & tãdem ad eiusdem
pacis visionem introducas Amen.



¶ De eiectione vendentium & ementium de templo.

Venit autē Ihesus directe ad templū & intrauit in ipsum: docēdo nos formā religiōis quā sequamur. s. vt quocūqꝫ pergimus primū domū oratiōis si ibi est adeamus: & per oratiōes deo cōmendati sic ad agenda negocia secedamus. Ingressus est etiam vt de illo vendentes & ementes eiiceret in signum ꝙ sacerdotes tanqꝫ indigni essent de templo & officio diuino eiiciendi. quia scḋm Crisostomum. In propriis iniuriis esse quempiam pacientem est laudabile. Iniurias autē dei dissimulare nimis est impium. Vnde christus iniurias suas pacienter sustinuit. Iniurias autem patris sui nullatinus dissimulauit. Moraliter. Tempore isto sancto appropinquante pasce iudeorū: idest confitentiū: ascēdit Ihesus hierusalem: idest cor humanū vel animā sanctam: & deuotā ꝑ gratie sublimationē eleuatā Nā hierusalē in alto sita: vnde dicit̄ ascēdit. Templū in hierusalem est eminētior pars anime: puta supior pars rationis que soli deo & eternis debet intendere. Illuc ascendit deus ꝑ effectum sacramēti: vel etiā sua presentia spirituali animā visitādo. Sunt autē quatuor precipue que christus in templo spirituali nō patitur: designata ꝑ quatuor que inuenit in tēplo materiali. Et sunt quatuor defectus in viris religiosis quādoqꝫ reperti. Primū est nimia solicitudo temporaliū in acquirēdo ipsa & cōseruādo: hoc signatur per es: quod christus effudit de templo. Non autem solicitudo simplr̄ temporaliū ꝓhibetur: sed nimia: et ne in tēplo sit: idest in mēte que solis eternis debet vacare. Vnde quādo tpalia in hoc tēplo habētur peccat̄ mortaliter: quia creatura ponit̄ loco creatoris: & tēporalia loco eternorū. Secundū est intēperatus vsus tpaliū: & incircūspecta cōsideratio de euitandis periculis: quod signatur per bouem: qui cum libenter herbas cōmedit: quandoqꝫ nociua in herbis abscōdita vel absconsa deuorat & deglutit Sic plerūqꝫ accidit cum vtūtur temporalibus volendo accipere id quod est necessariū: quia latet sub necessitate superfluitas & voluptas. Tercium est timor inordinatus & stolidus: quod signat̄ per ouē in q̄ plus habundat priuatio intellectus q̄m in aliis quadrupedibus: vt si tēpore tonitrui remanet sola: & fuerit impregnata abortit pre timore. Sic homines nimis timidi abortiunt fructum profectus spiritualis. Terciū est inexpedicio vel tarda ꝓgressio in expletiōe operū virtuosorū. Et hoc signatur per columbam: que nimis deliberat de volatu collū vndiqꝫ circūflectendo & circūspiciendo ad quam partem ire velit: sed sepe interim sagitta eam percutit: vel accipiter rapit. Sic accidit hominibus pigris & inexpeditis. Sed talia a cristo in suo ingressu a templo anime expelluntur. Facit eni flagellum de funiculis tribus: quorū primus est infirmitas corporalis Secundus tribulatio cordialis. Tercius ex instinctu diuino ammonitio spiritualis. Hoc flagello cristus predicta quatuor ab anima fugat et eiicit. Et nihilominus cathedras & mensas euertit ne facilē regressum habeant. Et dixit dominus eis quos de tēplo eiecerat. Scriptū est in Esaia. Domus mea: idest nomini & cultui meo dedicata: domus oratiōis vocabitur: non rapine vel furti: non negociatiōis & vane loquutiōis vel spectabili. Et ex hoc nobis datur magna fiducia impetrādi: vt quid eni vellet dominus ibi nos orare nisi ipse vellēt nos exaudire. Et sequitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Latrones eni non curāt nisi de lucris temporalibus quocūqꝫ modo acquirāt: & ideo in speluncis se abscondunt. Et tunc accesserunt ad eum ceci & claudi in templum: testes vocis & laudis puerorum. Et sanauit eos: vt quod pueri clamabāt verbis & ore: ipse ostenderet factis & opere. Clamabāt eni osanna: idest saluifica: quibus ꝑ opera respondit quia salutem tribuit. Ac si diceret. Bene clamatis saluatorem: quia ecce do salutem. Videntes autem & admirantes principes sacerdotū et scribe mirabilia que fecit Ihesus in de templo eiectiōe eorundem: in cecorū & claudatione sanatiōe. Et pueros clamātes in templo ipsum. s. esse verū christum. Et dicentes osanna filio dauid: moti sunt cōtra ipsum rācore & inuidia. Indignati sunt: quia mali de laude bonorū dolere consueuerunt. Cumqꝫ manus nō auderent timore populi in eū inicere: nec miracula manifesta impugnare: arguebāt tamen eū de plausu quem sustinebant circa se: & testimoniū populi atqꝫ puerorum clamantium osanna filio dauid: vertebant in calumpniā: q. videlicet hoc nō dicit̄ nisi solo filio dei. Vnde dixerunt ei. Audis quid isti dicunt: quasi dicerent. Talem laudem de te merito non deberes sustinere: quia si tu iustus & bonus esses talem gloriā et applausum declinares. Respondit Ihesus. Vtiqꝫ audio et audire debeo: quia hoc est ex diuina preordinatione: scḋm ꝙ scribit̄ in Psal. Ex ore infantiū & lactentiū ꝑfecisti laudem. etc.

¶ Oratio.

Generale terroris tui domine signū fecisti quādo flagello de funicul' facto oēs de tēplo eiecisti pretendēs in oculis flammā tue diuinitatis precor & obsecro te domine da mihi te terribilem presentem attendere vt sancto te timeam timore Magna enim sunt iudicia tua domie & inscrutabilia que cū considero contremiscunt omnia ossa mea: quoniā nō securatur homo viuēs super terram sed in futurum omnia reseruantur incerta vt semper seruiamus tibi pie & caste in timore: & exultemus tibi cū tremore Amen.

D



¶ De dolorosa separatione Ihesu a matre sua.

Et si de hac separatione non multum scribant euangeliste quomodo fuerit facta. Doctores tamē sancti hāc elucidauerūt ex instinctu spiritussancti. Inter quos precipue sunt deuotus Anshelmus. Beatus Augustinus: & Iohannes de caprestano. Sequitur igit: q̄ feria quarta sicut Iudas spopōdit iudeis velle tradere Ihesum. Venit i Bethaniā vbi erat Ihesus cū suis discipulis. Et cristus sciuit q̄ eū iam vendiderat: tamen in eius aduentu eū amplexabat: & osculabat: per hoc volēs eū occulte a malicia remouere. Silr̄ virgo maria suscepit eū: amicabiliter querens ab eo si quid audisset de filio suo. Respondit Iudas: vt ait Anshelmus. Bona p̄ omnia mētio fit de eo. Maria eni dilexit eū: quia sciuit eū fore notum principibus sacerdotum. Sed si sciuisset factū iude cor suū virginale credo fuisset ruptū. Sed quia nō sciuit: fecit iterū Maria cenā in qua Iudas se locauit inter Ihesum & matrē: in signū q̄ sua traditiōe eos abinuicē seperare vellet. In hac etiā ordinate cristus exposuit mysteria sue passiōis. Et dum sic predicaret intuēdo Iudam: & perpendēs eius falsitatē & damnationē totus palidus: vulgariter: entferpt factus fuit. Tristicia eni inter ceteras anie passiones maxime nocet corpori & alterat: scd̄m beatum Tho. ii. ii. q. xxxvii. Cena facta cū hec virgo beata dixit: Fili mi: habeo tibi aliquid dicere. O lumen oculorū meorū. Dic mihi veritatē quid palliditas in te designat: gemitus & alta suspiria: nam per ea cor meū quoddammodo scindit. Respondit Ihesus matri. O mater benedicta. Scis quare de te incarnatus sum & homo factus. Ex quo igit vis scire causam mee tristicie. Dico q̄ tempus venit & hora prope est q̄ a te p̄ amarissimā passiōem seperabor pro humani generis liberatione. Ideo quādo actualiter recogito illam hec que in me videns cōtingūt. Tunc cum mater audiuit mortem filii sui certitudinaliter in ꝓximo imminere. Ach got q̄ntū doluit: q̄nte lachrime de eius oculis emanarūt. Cogitet cor quodlibet maternum. Ad hec dixit mater volens filiū suū ad aliud genus redēptiōis incitare: fili mi scio q̄ pater celestis humanū genus cum sua misericordia redimere decreuit: tamē tibi & patri omnia possibilia sunt: si vis poteris p̄ aliū modum q̄m per passionē tuā redimere genus humanū. Cum ergo possis rogo vt ita fiat. Respondit Ihesus. O mater dulcissima scio charitatem tuā: sed tamē plus oportet obedire deo patri a quo habeo diuinitatem q̄m tibi a qua solum habeo humanitatē. Isto dic misit nunciū Maria magdalene: vt audiret quid tractaret̄ de Ihesu in Iherusalem: vt ait Anshelmus. Nūcius venit & dicit: q̄ ex consilio phariseorū conclusum esset q̄ deberet mori: & q̄ vellent eum crucifigere: tunc ambe Maria virgo & magdalena accesserunt ad Ihesum dicentes. O piissime cōsolator nō eas in hierusalem quia cōclusum est cōtra te: quia volunt te interficere. Ecce hic parabimus pasca. Respōdit Ihesus. O Maria mater: o magdalena: o martha tēpus venit a patre meo diffinitū: i quo genus humanum debeo redimere: oportet q̄ volūtas patris mei impleat̄. Tunc Maria mater tercio petit dicēs. O lumen oculorū meorū: si vis vtiq̄ ire in Iherusalem et mori: peto permittas me tecū: vel ante te mori. Respondit Ihesus. O mater dilecta: oēs discipuli mei fidem dimittent: & peribit in eis tp̄e passiōis mee: ideo oportet te cū eis manere: vt a te percipiēt cōfirmatiōem in fide: & aliq̄m cōsolatiōem. Ego gratiarūactiones tibi refero ꝓ omnibus beneficiis tuis que mihi exhibuisti. Perpendite maternū cor q̄nto merore percussus fuerit: dū hec a filio & multoplura luctus audiuit. Mane feria quinta ambo genuflectentes valedixerūt se ambo flentes: & se inuicē osculātes. Dum autem irent dixit Maria: scd̄m Augustinū libro de verbis domini. O fili mi dulcissime nō te amplius debeo audire: leticia plena paradisi. Nonne te amplius debeo tangere consolatio mundi. Nunq̄m dimittam: si tu vadas & ego: si tu stas: & ego stabo. Cui Ihesus flebili voce respōdit O mater mea quid me tuis lacrymis turbas cū sufficeret in amara passionis turbacio: totiēs gladius ꝑforat cor meū quotiēs lachrymā emanare video de oculis: deprecor vt eas cū dilecta mea in domū eius cui te recōmendo. Et tunc in recessu lamentabili: dixit Maria ad Iudam. O Iuda tibi recōmendo filiū meum: si audis aliqua nociua auisa eum. Sup̄ quo ait Bernhardus. O virgo Maria: nesciebas q̄ vulpi cōmitteres filium tuū: mendoso veritatem: lupo agnum māsuetissimū. Et sic mater dolorosa seperata a filio: videns q̄ aliter fieri nō deberet. O quid sancta Maria magdalena. Martha & alie dixerūt. Dic vt deuocio exposcit. Potuissent autem illud dixisse quod scribit̄ Canti. ii. quo abiit dilectissimus tuus o pulcerrima mulierū: quo declinauit dilectus tuus & queremus eum tecum. etce. O respondit. Filius meus diram viam ambulauit vndiq̄ inimicis circumseptam.



De cena domini. Particula.ix.

Aduenientе autem iam & imminente tempore miserationũ & misericordiarũ domini quo disposuerat plebem suam saluam facere: & eam non corruptibili auro & argento: sed precioso sanguine suo redimere. Voluit cenã facere cũ discipulis suis anteq̄m ab eis per mortem discederet. In signum et memoriale recordationis: & vt mysteria que restabant compleret. Dominus igit̄ Ihesus requisitus a discipulis vbi vellet sibi parari pasca. Premisit petrum & Iohannem ad quendam amicum suum in montem syon vbi erat cenaculum grande. Per Petrum signatur actio bona. Per Iohannem contemplatio deuota que preparant pasca: idest disponũt ad corpus christi sanctum debite sumendũ. Preparant antem in cenaculo: idest in homine per deuotionem eleuato grandi longitudine longanimitatis Lato latitudine charitatis. Strato varietate virtutis. Et cum omnia essent parata i cenaculo intrauit Ihesus cum discipulis suis: quibus tunc defertur agnus pascalis assus: benedictioneq; facta per dominum comedunt eum cum succo lactucarũ agrestium. In solennitate quippe pascali quatuor erãt. Agnus pascalis. Panis azimus. Vinum: & ius lactucarũ agrestiũ. Non eni nisi cũ amaritudie & cõpũctiõe cordis digne acceditur ad verũ agnũ. Hec refectio signat refectionẽ eternã in vespere. i. in fine mundi futuram. Deinde surgens Ihesus a cena: edentibus illis. Ait desiderio desideraui hoc pasca. etce. Geminatio verbi: notat intẽtionem duplicis desiderii. s. vt finiat vetus testamẽtum: & inchoet nouũ: quod erat sibi in desideriũ. Ipse eni omnibus diebus vite sue post nos currit in siti feruẽtissimi desiderii salutis nostre. Et nos si quandoq; non valemus habere desideria bona: saltim habeamus voluntatẽ habendi desiderium. Iuxta illud Psal'. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Et postea sumpsit christus corpus suũ sub sacramento. Silr & calicem gratias agẽs dixit. Accipite & diuidite inter vos: vbi instabat completũ desideriũ: vt post ymolatiõem agni typici sequeretur ymolatio veri agni scilicet christi. Et quia vetera transibãt & noua fiebant omnia dum vinũ & azima in corpus & sanguinem domini eius benedictiõe cõsubstantiabant. Vnde ait. Nõ bibam ammodo. Et nota q, in Exodo determinant multa que reqrunt ad agni esum typici. Et ad huc requirunt ad esum agni veri. Debet eni comedi verus agnus. s. cristus. Primo a circũcisis per veteris cõuersatiõis depositionem. Secundo cum lactucis agrestibus: per amarã de peccatis omnibus cordis contritionem. Tercio sine fermento peccati cum panibus azimis: per cõscientie sinceritatem. quarto renibus accinctis: per castitatem. quito pedibus discalciatis: p affectionẽ a terrenis elongationem. Cuius signũ potest esse q, dominus prius lauit pedes discipulorum q̄m daret eis sacramentum. Sexto cum baculis in manibus per suiipsius custodiã diligentem. Predicte conditiones requiruntur q̄ntum ad declinatiõem mali. Sed q̄ntum ad operatiõem boni requiritur. Primo q, in domo vna comedatur per vnitatem ecclesiasticam Secundo q, a vicinis per fraternã cõcordiã & amorem. Tercio q, non crudus sine amoris igne: nec coctus aqua sine deuotionis sapore: sed assus igne: p deuotionis feruorẽ precedentẽ. quarto q, festinanter per spiritualem auiditatem & delectationem concomitantem. quinto q, totaliter p fidei integritatem: vorando caput cum pedibus & intestinis: idest per veram fidem incorporando & credendo in christo diuinitatem que eius caput & humanitatem. s. carnem que tanq̄m pes est infima in ipsa materia. Et anima est que est media: sicut eius intestina per simplicem sacramenti venerationem.

Oratio.

Domine Ihesu christe qui hora vespertina cenam vltimam cum discipulis in cenaculo grandi strato fecisti: & eos sacratissimo corpore et sanguine tuo cibasti: fac pectus meũ cenaculum grande stratum: amplifica: fidem: spem: & charitatem in corde meo. Magnifica longanimitatem: pacientiam: & humilitatem. Da mihi vt te quem celi et terre nõ capiunt p modulo suo capiat cor meũ cõtritum & humiliatum: vt per inhabitantem gratiã tuam omnia tibi placẽtia cogitem: & perficiã: & omnia tibi contraria odiendo declinem: & sic perseuerãdo vsq; in finem consequar & tunc dignã sacrosancti corporis & sanguinis tui perceptionem Amen.



De ablutione pedum. Particula. x.

Cena itaq; facta: s. agni pascalis cum iam dyabolus misisset in cor: idest in voluntatē Iude: nō directe tanq̄m voluntatē mouens: sed indirecte tanq̄m ei sugerens vt traderet eū. s. Ihesum consentiens iniquitati: quippe dyabolus nō est immissor cogitationum malarū: sed intentor: quia temptatio praua ex homine est: quam dyabolus nō immittit: sed immissam ab hoīe magis intēdit temptatiōe hominis pcepta per aliqua signa exteriora. Aliter enī nō potest hominē deiicere nisi homo seipsum deiiciat: et hosti arma reddat: idest nisi sugestioni consentiat. Sequitur textus. Sciens Ihesus vt deus: quia oīa dedit ei pater in manus: idest in potestatē etiā ipsum traditorē: nihilominus tamen in magne sue iudicium: & in magne nostre humilitatis exēplū nō dei domini: sed hominis serui implet officiū. Humiliat se vt ministret: quia venit ministrare: & nō ministrari. Vnde surgit a cena agni typici volens lauare pedes discipulorū: faciēs sibi afferri aquā: deponit vestimēta: lintheo se precixit. Deinde mittit aquā in peluim ,ppriis manibus: nō per aliorū ministrorum: & tam charitatē: & tam honeste: tam officiose preparatus venit lauare pedes discipulorum lutosos: quia discalciati incedebant. Et tergere quo precinctus erat lintheo: vt p oīa humilitatis officiū impleret. Et sequit̄ textus. Primū veniēs ad Petrū. Et reliqua per totā seriē euangelii si vis poteris videre. Deinde subiunxit christus. Vos mundi estis: quia a me mūdati. Sed nō omnes. Duo enī sunt precipua quibus a peccatis mundat̄: s. Elemosyna: & charitas. Contra primū Iudas erat fur. Contra secūdum christi ,pditor: & ideo mūdus nō erat. Considera hic singulos actus in hac benignissima lotione pedum cū dilectiōe & humilitate plena: & cū ammiratione. Conspice que gerunt̄ quia sunt deuota. Inclinat se summa maiestas & hūilitas magistri vsq; ad piscatorum pedes. Stat incuruatis & flexis genubus corā ipsis sedentibus lauat ,ppriis manibus: & abstergit ac deosculat̄ pedes omniū. Intuere humilitatis & mansuetudinis speculum vniuerse creature tui factorē & tremendū iudicē viuorū & mortuorum ante pedes etiā hominis traditoris sui genua curuantē. Disce ab eo quia mitis est & humilis corde. Confundere in sup̄bia tua: erubesce in impaciētia tua. qui sedet sup cherubin lauit pedes proditoris: tu vero o homo terra & cinis existens & puluis & lutū extollis teipsum & magna sapis. Vide quomodo nos exēplo & verbo inuitat ad humilitatem & doctrine sue de humilitate factum: & exemplū humilitatis premisit. Et in hoc cōuenientē modum docēdi ostendit scd̄m illud. Cepit Ihesus facere & docere. Per pedum autē ablutionē designauit dominus mundiciā pedū spiritualiū qui sunt affectus seu affectiones. Ipse enī nos ferunt extra nos: & frequenter sicut pedes in nobis maculant̄ post baptismum in quo totus homo abluitur: quia ex conditione mortalis vite sepe maculas cōtrahūt ex terrenis & tpalibus. Et ideo lauāde sunt sepius crebra ablutione cōfessiōis & lachrymarū. qui enī non lauatur post baptismū p penitentiā non habet cū Ihesu partem. Per pedum enī ablutionē designauit etiā dominus hāc spiritualiū pedum mūdiciā: que maxime requirit̄ in eukaristie perceptiōe. Et ideo voluit lauare pedes discipulorū suorū anteq̄m daret eis sui corporis sacramentū: ad designandū ꝙ spiritualis mundicia requiritur ad ipsum percipiendum.

Oratio.

Ihesu mitis & vere humilitatis exemplum qui lauisti pedes discipulorum tuorū. Peto & obsecro domine purga tibi meos affectus vt vtroq; pede gemina videlicet charitate purgatus et accensus ad te purificatorē meū accedā securus. Purifica me in finē dierū et emunda ab omnibus maculis peccatorum: vt dimissis negligētiis & peccatis meis inimici die mortis cōfusi abscedant qui meū calcaneum obseruabūt. Dirige domine pedes meos in viā pacis: vt de manibus omniū inimicorū liberatus benedicam te cum electis tuis omnibus in secula seculorum Amen.

Pars secūda speculi passionis dominice

Executio.

Executio huius speculi: puta: dominice passionis erit declaratio sententiosa a plerisq; sacre scripture professoribus approbata: vt. s. a Hyeronimo. Augustino. Bernhardo. Symone de cassia. Reinhardo de Landenburg. Et pro maiori parte Ludolpho carthusiensi. Iuxta traditionē euangelice ,pfessionis. Incipiēdo ipsam nūc ab eo loco vbi Iohannes christi passionem inchoat: quā & in sexaginta quinq; articulos diuidemus. In quibus tūc christus aliquod notabiliter passus fuit: cū annexis sibi documētis: atq; orationibus: que quidem orationes cuiuscūq; articuli ad duo nobis poterūt seruire: ad cōsumariā. s. recollectiōem eorū que tam sub illo articulo q̄m ipsius documento cōtinentur. Et ad legentium puta deuotionem: que tūc vt magis augeatur oīa que christus passus est ita homini debēt esse cordi ac gratuita: ac si ,p ipsius solūmodo salutari ea passus sit. Et ,ppter hanc causam etiā orationes iste omnes in singulari numero sunt formate: vt infra patebit.



De pauore & tristicia christi. Articulus primus.

Primus itaq; articulus dominice passiõis est pauoris et tristicie assumptio Vbi subditur in euangelio Johannis Et hymno dicto exiuerunt in montẽ oliueti:quia statim facta cena domini:finitoq; sermone. Postq̃m gratias egit. Sequitur in textu scd'm Matheum.

Egressus est Ihesus cum discipulis suis trãstorrentem cedron: veniẽs in villã pede mõtis: que dicit̃ getseamain vbi erat hortus quẽ itrauit scd'm cõsuetudinẽ cũ discipulis suis.

Egressus est: nõ expectãdo iudã in hospicio: ne si ibi caperetur hospes et aliqui de familia male tractati fuissent a ministris iudeorũ. Transtorrentem cedron: ad designandum q ad delicias paradisi celestis venire non possimus:nisi torrentem penitentie prius trãseamus. Getseamain:interpretatur villa piguedinis:quia per humilitatis passionis vnciõe & pinguedine spiritussancti voluit nos replere. Hortus:vt nos in hortũ virtutum & diuiciarum induceret. Et etiã vt modus curationis corresponderet transgressioni que iniciũ sumpsit ex peccato primi parẽtis in horto paradisi:nostra reparatio fienda per passionem cristi. Etiã in horto iniciũ haberet. Seqt̃ textus

Et ait illis. Sedete hic donec vadã & orem: vosq; orate ne intretis in tẽptationẽ. Et assumpto Petro Iacobo & Iohanne cepit cõtristari seu mestus esse

Hic est primus pũctus passiõis domini pauor: & tristicia: q̃n p nobis passus est volũtarie: & i summo:quod & de reliquis articulis intelligamus. Hic elicit̃ quedã notabilis doctrina. Vnde Symon de cassia sic ait. Trinitatem q̃ndam oportet habere hominẽ in magnis agonibus constitutũ:sine qua frustra p cedit ad bellum:inuanũ orat:incassum theorisat et actuat. Primo necessaria est agendorũ noticia & perfundi vero lumine fidei:deinde debellatio:seu vera subplantatio viciorũ. Et assistens gratia spiritussancti. Hec trinitas in Petro. Iacobo: & Iohãne ostendit̃:sine qua omnis actio nostra deludit̃. Hec doctrina patet ex interpretatiõe nominũ. Nam Petrus interpretatur cognoscens: & significat firmitatem fidei. Iacobus interpretat̃ subplantator. Iohannes gratia dei. Sequitur in textu.

Cepit contristari: & mestus esse Marcus dicit pauere & tedere.

Et hoc ppter ruinam discipulorum: propter excecationẽ & perditionem iudeorum. Et desperationem Iude. Propter destructionẽ ciuitatis & templi Iherusalem. Propter acerbitatem penarũ et mortis q̃m diuinitus presciebat. Dicunt autem euãgeliste Cepit contristari:non dicunt fuit contristatus quia passio in eius anima nõ dominabat̃:sed ipse statim eã assumpsit: & inde rediẽs ait illis. Seqt̃.t.

Tristis est aĩa mea vsq; ad mortem.

Idest q̃ntum potest esse intenta: vel vsq; ad mortem:idest que finietur per mortẽ Dixit etiã vsq; ad mortem:non ppter mortem quã libens voluit sustinere p salute hominũ: & obedientia patris. Optimũ eñi tristiciã per tristiciã preuenire:per temporalem eternã vt ait Symon de cassia Hec tristicia in christo excessit omnes tristicias omnium hominũ huius vite:quia pro omnibus peccatis humani generis paciebat̃:vnde ea q̃si sibi ascribens in Psal. Verba delictorũ meorũ. Tristicia eñi scd'm rei veritatem tũc laudabilis est passio:vt probat Augustinus libro.xiii.de ciuitate dei:quando procedit ex recto amore:vtputa cum aliquis tristat̃ de peccatis ppriis:vel alienis. Assumitur etiam tristicia & vtilitas ad finem satisfactiõis pro peccato scd'm illud apostoli.ii.Corin.vii.que scd'm deum est tristicia penitentiã in salutem stabilem operat̃: & ideo christus:vt satisfaceret pro peccatis omniũ hominũ assumpsit tristiciã:maximã quidem quantitate absoluta:nõ tamen excedentem regulã rationis. Doluit eñi p peccatis omniũ aliorũ a se:qui dolor excessit omnem dolorem cuiuslibet contriti. Tum quia ex maiori sapientia: & charitate processit ex quibus dolor contritiõis augetur:tũm etiam quia pro omniũ peccatis doluit:scd'm illud Esaie liii. Vere dolores nostros ipse tulit. Tum qa cristus efficacissime apprehẽdit oẽs causas tristicie. Seqt̃.t.

Vigilate & orate ne intretis in temptationẽ. Spiritus quidẽ promptus est: caro vero infirma.

Vigilat qui bonum opus facit: et q solicite agit ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat. Spiritus qdẽ promptus est ad promittendum & bene volendum. Caro autem infirma:idest fragilis ad bonum operandum: & malum sustinendum. Hoc ad temerarios dictum est qui quicquid credunt se putant posse cõsequi. Vnde Hieronimus. q̃ntum de ardore mentis confidimus:tantum de fragilitate carnis timeamus. Sequitur textus.

Et positis genubus orabat dicens. Pater si vis transeat a me calix iste. veruntamen nõ mea:sed tua voluntas fiat.

Ibi orabat scd'm sensualitatem in q̃ntum .s. ratio christi exprimebat sue sensualitatis affectũ tanq̃m sensualitatis aduocata. Et cũ addit: verũtamẽ non mea sed tua voluntas fiat:exprimit̃: q iste affectus in cristo subiectus fuerat ratiõi:hoc est voluntati rationabili: & diuine:scd'm quam idem voluit


quod pater eius: a quo scdm hanc ab ipso non fuerat distinctus.

¶ Sequitur textus.

Et cum surrexisset ab oratione & venisset ad discipulos inuenit eos dormientes. Et dixit Petro sic. Nō potuisti vna hora vigilare mecum.


Hic somnus corporalis figura erat ꝙ grauandi erant somno infidelitatis. Sed vnde erat q. dormire poterāt cū audierūt christi mortem. Dicendū: ꝙ tristes valde erant: & tristicia somnū inducit. Et hora etiam erat tarda. Et q̄nuis omnes dormierūt: tamen Petrū potius increpat: quia pre ceteris gloriatus fuerat pre ceteris erat increpādus. Et quia ipse principalis erat inter eos. Et ideo in ipso alios reprehendit. Et propter hoc: ꝙ dicit vna hora: ostendit ꝙ breuis est molestia temptationis respectu remuneratiōis. Sed in secundo reuersionis sue nō increpauit: sed dixit eis Dormite iam. Primū sompnum increpauit. Secundum concessit. Terciū precepit. Ad innuendum ꝙ sompnus culpe primo sompno discipulorū correspondens sit vituperabilis. Sompnus naturalis tollerabilis. Sompnus contemplationis & gratie ab omnibus desiderabilis. Vnde Bernhar. Ter Ihesus replicauit eundem sermonem: vt omnem orationem nostram & ad patrem: & ad filiū: & ad spiritumsanctum dirigamus: vt a patre potētes: a filio sapientes: & a spiritusancto nihilominus bone voluntatis existamus. Vel ideo ter vt nos in oratione vocali tres vires nostras exerceramus. s. ꝙ ratiōalis vis sit solicita in meditando: concupiscibilis sit feruēs in desiderādo. Et irascibilis fortis in mala detegendo.

¶ Documentum.



Ex hoc articulo summit documētum ꝙ cum nos orare velimus ab hominibus ad aliquem locū secretum transeamus. Et ꝙ omnes tristicias: tribulationes: penas & infirmitates nostras: etiā si petamus ab eis liberari: sicut fecit cristus post orationē committemus voluntati diuine: ac per hoc eas quasi in cor christi reponamus orantes: vt ipse in vniōe sue passiōis perficiat: & offerat eas deo patri ad laudē & gloriā cum ex hoc nostre tribulationes & passiones multum nobilitenť. Nam sicut passio christi in celo & in terra infinitū attulit fructum: sic pene & quecunq; tribulatiões nostre hoc modo commisisse in vnione passionis sue tam fructifere erunt ꝙ angelis in celo gloriam. Iustis i terris meritū: peccatoribus veniā: & purgandis animabus conferāt releuamen. Nimirū cum ipse dominus omnia que fiunt vnicuiq; fideli: siue mala: siue bona reputat sibi facta. Iuxta illud Math. xxii. ꝙ vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Et iterum qui vos recipit me recipit. Et qui vos spernit me spernit. Et per hoc omnes passiones nostras presertim taliter vt dictū est sibi cōmissas christus tanq̄m suas offert deo patri: eo effectu et fructu vt dictum est. Multum ergo gaudere debet bonus & fidelis in suis t tribulationibus: & penis: quia quicquid patitur christus in eo se pati fatetur.

¶ Oratio.



Domine Ihesu christe fili dei viui: qui hora matutina ꝓ me misero peccatore imminenti passione tua pauere & mestus esse voluisti. Da mihi omnes tristicias meas ad te deum; cordis mei iugiter suffere tuq; eas in vniōe tue passiōis et tristicie mecū digneris sufferre: vt sic merito tue passiōis sacratissime reddantur salutares Amen.





De sudore sanguinis christi.
Articulus secudus

Secudus articulus est sudoris sanguinei i terram defluxio. De quo sequitur in textu scdm Lucam: q orante Ihesu secudario eundem sermonem apparuit illi angelus de celo confortas eu. Sequitur textus.


Factus in agonia prolixius orans. Effectus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurretis in terra.

De hoc dicunt doctores: q cu cristus Ihesus sic plixius orabat cor eius sanctissimu inflammabatur: & p consequens totu corpus suum sanctissimu & innocentissimum exorando feruore & amore excessiuo: & ardentissimo desiderio quo estuauit pati et mori p nostra salute: & ex vehemeti anxietate qua eius humanitas habebat erga morte: atq forti reluctatione & certamine sensualitatis: & humani timoris mortem maxime horrescetis: & aduersus morte certatis aperti sunt pori cutis eius vnde sanguineus sudor erupuit. Angustia eni: et amor sanguinem ex ipsis venis extorserat: vt multe gutte sanguinee p vestes eius ad terram stillarut. Amor eni diuinus in corde christi in illa agonia timore humanu vicit vnde totus sanguis cristi exhileratus comouebat quasi prunus effluere ex vi amoris impellentis: ac si non posset expectare tepus quo effunderet: vnde ex illa vehementia supeffluentis amoris euaporare potuerut gutte sudoris sanguinei p corpis venas. Sicut scdm Phisicos: causa intriseca sudoris est calor naturalis dissolues iam calidu & humidum. Sic huius sudoris supnatural' causa potuit esse ardor excessiui amoris: redundans de corde christi in totu corpus dissolues illic humidu vaporosum. Dicut etia q ex vehementia amoris possibile esset homines naturaliter sudare. Ita christus sudauit sanguine vt magistri dicunt ex nimio feruore charitatis: quia tuc qnto magis erat vicinius morti tanto amplius inardescebat pre desiderio magno humane salutis. O qm amara & anxia fuit mors christi: dum eius sola ymaginatio tantu naturam immutauit: vt a toto eius corpe sanguineu sudore exprimeret: qui sui corpis mystici quod est ecclesia catholica salute significaret Vnde dicit Bernhar. Per terra sanguie irrigata terrenos hoies sanguine suo redimendos intelligamus: quo totu mundu peccatis mortuu ad vitam reduxit. Ve misero cordi quod tali & tanto sudore psusum no madescit. Inspice tribulatioem illius mitissimi cordis qua angebatur cum totum corpus ex omni parte sanguineo sudore manaret. Contremisce: et conscindere cor meum miseru: et sanguineis lachrymis madesce: quia ecce creator meus pro me sanguineo sudore perfundit: nec leui quidem sed decurrete in terra. Neq eni corpus extrinsecus tanto taliq sudore deflueret si cor intrinsecus nullius doloris molestia frangeret. Contritu est inquit ppheta cor meu in meipso. Scisso igit corde interius scissa est & exterius pellis veri salomonis amatissimi Ihesu: & effusus est sudor sanguineus sup terra. Hic sudor fuit verus & naturalis sanguis de purissima carne cristi persusi qmqm no naturali modo perfusus: quia contra naturam est sudare sanguinem.

Documenta.

Ex hoc articulo habent tria documenta salutifera. Nam ex primo dicto. s. apparitionis instruimur q nobis assistunt sancti angeli oratibus cofortatibus nos in oratione. Vnde dicit in Psal'. Preuenerunt coiuncti psallentibus. Et ibi. In conspectu angeloru psallam tibi. Ex secudo vero dicto trahit documentu q nos in agonya vel quacuq necessitate ad oratione fugere debeamus. Et qnto necessitas maior: tato oratio debet esse plixior. Vnde ad hoc docendu. Dominus factus in agonya plixius orabat. Ex tercio dicto quod est principale illius articuli habetur documentum: q nos in oratione debemus esse adeo intenti atq feruidi vt ex vehementia intentiois & feruore deuotiois sudemus quasi sanguinem per configuratione passiois christi et ardorem dilectionis ad deum. Vnde glosa Roma. viii: dicit: q charitas que in nobis p spiritusanctu facta est ipsa gemit: ipsa orat contra quam aures cladere non nouit qui ea dedit Ymmo etia ipsa charitas gemit & orat vsq ad guttas sanguinis quod fit dum quis in toto corde deuotio accendit q pro amore dei si oporteret sanguine suu fundere non verctur: Et ideo sic vel consimili modo oret.

Oratio.



Domine Ihesu christe fili dei viui qui in oratione positus ab angelo cofortari voluisti: factusq in agonya guttas sanguinis mirabiliter sudasti. Da mihi per virtutem orationis tue: vt oranti mihi semper assistat angelus tuus sanctus qui me cofortans: quatenus recordatione passionis tue dulcedine soporatus lachrymaru guttas pro sanguine in cospectu tuo merear dulciter desudare.

¶ Venditio Articulus.iii.

Tercius articulus est venditio: que quidem et si ante iam duos articulos precessit tempore: q̄ntum ad eius initiū. Subsecuta est tamen ad eius effectum ꝙ eni iudas abiit ad principes sacerdotum dicens illis. quid vultis mihi dare. Hoc accidit feria quarta precedente vbi tunc iniciabatur contractus sed nō ꝑficiebatur. Vnde sequit̄ textus sc̄dm Marcū. Sed depost consumato cōtractu & receptis triginta argēteis: accepta cohorte: tūc venditio. Hic articulus apparuit in effectu: quem decet inter puncta dominice passiōis numerari: quia ꝑ hoc passus fuit maximam vilipensionē. Cum ipse qui est summū bonū: & infinite bonitatis: in quo sunt omnes thesauri absconditi tam vili precio fuit estimatus. Augebat & dolorem christo ꝙ a suo discipulo: & ab vno de duodecim etoto mundo electis intantū vili pensus fuit: quod & Psal. in persona christi cōqueritur dicens. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiqꝫ. Eteni homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos magnificauit sup me supplantatiōem. O infelix mercator: dic mihi qs te docuit hanc mercaturā: vt preciū ponas in voluntate ementiū. Certo cum res venditur si est vel estimetur preciosa & cara vendens precium eius non ponit in arbitrio emptoris: sed vilem & non charā vt hic Iudas posuit in arbitrio iudeorū: dicēs. quid vultis mihi dare. O crudelis impietas. O fraudulēta nequitia. Creatura vēdit creatorem suū. Discipulus magistrū. Seruus dominū. Et familiaris amicū. Multi sunt hodierno die Iude consimiles qui pro temporalibus rebus deserant iusticiā: deū. s. qui vera iusticia est vendunt. Sic faciunt omnes symoniaci qui gratiam que in sacramentis & in aliis rebus spiritualibus est: vel operatur pro temporalibus rebus cōmutāt: vt sunt iudices: prelati vendentes sententias. Et religiosi vendentes missas & orationes: sacerdotes confessiones: & similia. Hii eni omnes dicunt & si nō verbo tamen facto: quid vultis mihi dare. De quibus Michee. iii. Pricipes eius in muneribus iudicabūt: q̄ntum ad primos. Et sacerdotes eius in mercede docebant: q̄ntū ad secundos. Et nota ꝙ symonie peccatum est in tam vendente q̄m in emente vel recipiente. Sic non solū peccauit Iudas in vendendo christum: sed & iudei in emendo ipsum. Emit autem a me christum qui dando mihi aliquid temporale auferendo mihi christum. Vt si adulator dat mihi laudem falsam ex qua cor meū extollitur aufert mihi christum: & ego consentiēs vendo christum pro vana. s. gloria vel laude. Similiter dās mihi peccuniā vel aliquid aliud quod me ducit ad peccatum mortale aufert mihi christum & ego consentiendo vendo christum: nec tamen ille emēdo retinet eum: nec mihi nec tibi: sicut de Iuda quo neuter christum retinuit. Sed acquisitus est nobis christianis. In memoriam huius venditiōis abstineamus feriis quartis a carnibus.

Promiserunt sibi pecuniam daturos Et ipse iudas spopondit & promisit.

¶ Documenta.

Primum est vt nobis caueamus ne tā detestandum facinus venditiōem. s. christi vnq̄m perpetremus: ꝓ muneribus. s. falsum testimonium dicentes. Aut in ipso iudicio perfectam veritatem negantes dominum qui veritas est pro peccunia vendentes. Et vniuersaliter pro temporalibus rebus nunq̄m res spirituales: aut ipsam iusticiam deserentes. Secundum documentum vt & nos vendi & vilipendi ꝓ laude dei patiamur: dicētes cum propheta. Propter te sustinui obprobriū. In recolēdo istum articulū recogitet homo vilitatem suam: & si vnq̄m christū vendidit mandata eius pro re temporali vel dilectione transitoria deserēdo. Et quomodo eum sic venditum gratis recuperauit mera sua bonitate. Item quia aduc hodie venalis est emi eū cum elimosina vel si non habes aliud da pro eo cor tuum: hoc eni ipse diligit: & pro omni re mūdi desiderat. Prouerbio. xxiii. Prebe mihi fili cor tuum. Sicqꝫ oret.

¶ Oratio.

Iesu qui ab vno discipulorū tuorum vendi & vilipendi precio vili voluisti. Da mihi pro nulla re trāsitoria te deum creatorem meū nequiter cōmutare: vilipensiones quoqꝫ meas ꝓ tui nominis gloria equanimiter tollerare.

E



¶ Tradicio Articulus.iiii.

Quartus articulus ē tradicio. Cum eni forū venditionis cōsumatū esset cum effectu. Interim orante domino atq; ad discipulos ter veniente: vltima vice dixit eis. Sequitur textus.

Surgite eamus. Ecce appropinqbit q me tradet.

Ex hoc dicto primo mouet nos christus ad temptatiōes pperare: cū diceret. Surgite. Secundo in bonis operibus pficere: cū subderet. Eamus. Tercio omni hora quasi temptationē proximo expectare: cū adderet. Ecce appropinquabit qui me tradet. Sequitur textus.

Et aduc eo loquēte. Ecce Iudas vn9 de duodecim cū accepisset cohortē venit & cū eo turba multa.

Cohortē qngentorum militum: scdm Papiā: cū lāceis: faucibus. armis: gladiis et fustibus missis a pricipibus sacerdotum: & scribis: & senioribus populi. De quo Augustinus. quid turba multa ad querendū vnū. quid armati ad querendum in ermem. quid nocte ad querendū cotidie docentē. Et hoc figuratū fuit primi Regū. Vbi Saul assumpsit triamilia virorū ad inuestigandū Dauid. Vnde Lyra. Iudas se muniuit. Primo societate magna: forti: & attētica: cōtra populi multitudinē: ne eius ipediret traditionē. Venit secūdo lumibus: ne in tenebris cristus abiret. Tercio armis: vt si qs traditiōi resistere vellet ipsi defensarent. Et qui eum tradebat. Sequitur textus.

Dedit eis signum dicens Quem osculat9 fuero ipse est tenete eum: & ducite eum caute.

Dedit eis signū: ne loco cristi iacobū minorē caperent: qui in facie silis erat Ihesu. Et ducite eū caute qa eū putabant esse malefi[illegible]ū nigromanticū: sicut nuper dicebant. In beelcebuk eiicit demonya. Sequit textus

Ihesus autē obuiā dedit eis: & cōfestim Iudas accedens ad Ihesum dixit. Aue rabi: & appropinquauit vt oscularetur eū

Obuiā dedit: vt omnes scirēt qa voluntarie caperetur. In illo articulo exprimūt tria que specialr traditionē istam christo reddebāt multum dolorosam. Vnū est q facta fuerat ab vno discipulorū suorum. Secūdum q signo pacis & amicicie osculo. s. tam fraudulenter tradebatur. De quo Ambrosius. Iuda amoris pignore vulnus infligis: & pacis mysterio mentē irrogas. Terciū non minus penosum: q fedum os proditoris cōtingere audebat tam amorosum & mellifluū os verbi eterni. Si eni non sensibile est cuiq; homini suscipere osculum ab aliquo homine habēte os fetidū: qnto magis christo fuit penale suscipere osculum ab ore tante feditatis: vtpute cuius cor sathanas & omnis spurcicia replet. Sequitur textus.

Ihesus aūt dixit ei. Iuda osculo tradis filiū homis Amice: ad quid venisti?

Hoc est amoris pignore vulnus ifligis. Sicut omnes pditores veritatis veritatem fingētes osculo signo vtuntur. Dicitq; amice improperās simulationem. Hoc eni nomine neminem bonorū in scripturis cognoscimus appellatū. Ad malum eni dicitur. Amice quomodo huc intrasti. Amice non facio tibi iniuriam. Ad quid venisti?: tanq̄m diceret Oscularis & insidiaris. Amici signū est osculū dare: sed ad hoc nō venisti. Et q̄muis cōtra me enormiter egisti: puertere aduc & ego te suscipiā: quod & fecisset scdm omnes doctores. Sed hic induratus nihilominus osculatus est eum. Cuius figura habetur primi Regum vbi Ioab tenuit mentum amasa dicens: mi frater salue. O innocens agne dei qd tibi & lupo illi? Propriū nomen ponit qd magis doleutis erat & reuocātis q̄m puocantis ad iram. Moraliter. Iudas est mundus qui quando ad libitū dat diuicias: tunc ridet: quando dat solacia & delicias tunc osculat: quando dat honores amplexatur sed in oībus istis modis nos decipit & morti eterne tradit. Testante Iob qui dicit. Ducūt in bonis dies suos: & repente cadunt in infernum.

¶ Documenta.

Primum. quisquis proximum tradit dum se proximū diligere simulat: & mala sibi machinatur: quam traditionem christus sibi assumit Mathei. xii quod vni ex minimis. Secundū est: vt calumpniatores non odiamus: sed amantis affectu eos corripiamus: sicut christus fecit in eo q dicebat. Amice ad quid venisti?

¶ Oratio.

Ihesu qui a Iuda osculo tradi ptulisti da mihi nunq̄m in pximo vel in me ipso te tradere: ac calumpniatoribus meis fructum amoris officium non negare.



¶ Captiuatio Articulus. v.

QVintus articulus ē captiuatio hoc modo facta. Cū infelix Iudas osculatus esset dominū. Sciens Ihesus que ventura essent ꝓcessit eis obuiam dicens

Quem queritis At illi dixerūt. Ihesum nazarenū: Dixit eis Ihesus: ego sum Ad quod verbū omnes retrocedentes ceciderunt in terram.

qui retrorsum cadunt nō vident vbi cadunt scilicet a gratia ad culpā: a celo ad gehennā. Vnde Augustinus: qd iudicaturus faciet qui iudicādus hoc fecit: quid regnaturus poterit: q moriturus hoc fecit. Et cū tremuli surrexissent: iterū interrogauit eos: quem queritis? Et ipsi. Ihesum nazarenū. Mirum non cognouerunt eū: neq; suus discipulus qui venerat ad capiēdum eum: quod maximū signum erat ꝙ voluntarie caperetur dans eis licentiam capiendi: dum subditur. Sequitur textus.

Si ergo me queritis sinite hos abire q mecū sunt

Solicitus erat de discipulis ne caperentur: vt verificaretur sermo Iohannis. xvii. quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenq̄m vnde potestate christi euaserūt: vt depost verbum salutis per eos diuulgaretur. Vidētes autem discipuli quid futurum erat: dixerunt. Sequitur textus.

Domine si ꝑcutimus in gladio. Petrus autem nō expectās responsum exemit gladiū ꝑcussit seruū pontificis noīe malchum Et amputauit auriculam eius dextram.

Origenes. Nam si viderent legē audire modo cū sinistro auditu: audiūt vmbram traditionis de lege: nō veritatem Populus autē ex gentibus significatus per Petrū: ꝑ hoc ipsum ꝙ crediderunt in christum: facti sunt causa vt precideretur iudeorū audicio dextera. Verū eadem dextera auris in hiis qui ex eodem populo crediderunt diuina pietate pristino restituta est officio Seqˀ textus

Ihesus autem respondit. Sinite vsq; aduc. Omnes enī qui acceperint gladium. gladio peribunt. An putatis. etce.

Idest ꝑmittatis iudeos ꝓcedere vsq; dum me cōprehendant. qui gladiū accipiūt temere videlicet sine auctoritate peribūt. s. iudei. Et hoc dixit Ihesus vt populo etiā persuaderetur cōminationē. An putas quia nō possum rogare patrem meum: & exhiberet mihi plus q̄m duodecim legiōes angelorū Calicem quem dedit mihi pater nō vis vt bibam illum: quomodo ergo implentur scripture quia sic oportet fieri. Ideo modo cesset vindicta & exhibeatur paciētia. Et cum tetigisset serui auriculam sanauit eum: dicens. Bene dicite hiis qui oderūt vos. Et hoc ꝑpter videntiū & astantiū conuersionē: & ad nostram instructionē: quia restituit illum pristine sanitati: ostendens & faciebat quod docuit. Sanauit enī qui paulopost alapam daturus erat: in exemplum nobis. Vnde Beda. Nunq̄m pietatis sue obliuiscitur dominus qui etiā hostes suos non patitur vulnerari. Sequitur textus.

In illa hora dixit Ihesus turbis lamentabilr. Tanq̄m ad latronē existis cū gladiis & fustibus comprehendere me. etcete.

quasi diceret q̄re sine violētia hoc non fecistis cum cottidie erā apud vos i templo docens. Sed hec est hora vestra. s. vobis concessa ad me cōprehendēdum. Et tempestas tenebrarū qui vos ad hoc incitabat. O q̄nta māsuetudo domini que tam dulciter persecutores suos allocuta est tam dulci redargutione redarguens: vt ipsorū nequiciā compesceret: & nos ad ymitatiōem sue benignitatis vtiliter inuitaret. Nihilominus cohors & ministri iudeorum manus iniecerūt sacrilegas in Ihesum & tenuerunt. Et sic fuit captinatus licet voluntate ꝓpria. Nihilominus fuit sibi multū penosa hec captiuatio. Nam & si penale est cuilibet homini capi: ꝓ eo ꝙ per captiuitatem ademitur homini libertas: tam conditiōis q̄m actionis. Conditionis inq̄m: quia redigitur in seruitutem captiuationis scd̄m leges ciuiles. Actionis etiā: quia captus nō potest facere quod vult: q̄nto magis passibile fuit christo qui est dominus celi & terre: & quem celi & terra capere non poterant ꝙ ipse violentarū manibus tenebatur. Et per hoc verificatū est quod scribitur in Psal. lviii. Ecce ceperunt animā meam: irruerūt in me fortes. Et iterum. Captabant in animā iusti: idest captiuabāt in animam iusti: & sanguinē innocētem condemnabāt. Silr Trennorū. iii. Venatiōe ceperunt me quasi auē inimici mei. Ecce hic verus Ioseph christus. s. a fratribus suis capitˀ & in egyptū qui interpretatˀ angustia vel tribulacio ducitur. Et sic tenentes eū ligauerunt: percusserūt: vt habetur in sequenti articulo.

¶ Documentum.

EX hoc documento habemus morale documentū: ꝙ sicut cristus amore nostri semetipsum volūtarie tradidit captiuū iudeis. Sic & nos pro eius amore nosmetipsos: idest oēs sensus nostros debemus captiuare in obsequium christi. Iuxta illud ad Corinthios. iiii. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium christi.

Oratio.

IHesu christe fili dei viui qui a iudeis sponte capi & teneri voluisti: da mihi omnes sensus meos in obsequium iugiter captiuare: vt a morte perpetua tua bonitate merear liberari.

¶ Ligacio Articulus. vi.

SExtus articulus est ligacio. Tenentes eni eum ligauerũt eũ ita duriter scd̃m Anshelmũ vt de omnibus vnguibus sanguis egrederetur: post tergum manus suas benedictas: prostrauerũt eum in terrã sicut & ipsi ab eo prostrati fuerunt: & appodiauerũt super pectus eius: & spuerũt in faciem eius. Et strixerunt collum eius: vt nisi deus eum ad moram ꝑ nobis passurum subleuasset ammodo suffocatus fuisset. Psal'. Dirupisti domine vincula mea. Ligauerunt eum propter tria. Primo ne manus eorũ effugeret. Dixerat eni Iudas ꝙ tenerent eũ & ducerent caute. Secundo quia intendebant eum occidere. Mos eni erat iudeis vt dicit Glosa: vt quem morte dignũ iudicarent vinctum presidi traderent. Tercio propter mysteriũ: quia christus dum nos peccatis ligatos: & in limbo vinculatos soluere debebat voluntarie & innocẽter sicut fur vinci & ligari volebat: Adam eni cũ latrocineo furtũ cõmisit quando pomũ fetidum sibi attrectauit: cuius rei causa totum genus humanũ a dyabolo cõprehẽsum tenebatur: pro cuius satisfactiõe Ihesus tanq̃m latro voluit comprehendi qui incomprehensibilis est: & ligari qui ligatos venit soluere. Et ligauerunt eum tribus funibus: ꝙ representat sancta mater ecclesia in ornatu sacerdotũ. s. manus in vnam funem: & vnã in collo quam dicũt fuisse cathenã ferream: & vnã circa lumbos. O Ihesu mi dilectissime ligatur vitis: & quis vincla nostre vitis nõ videat scd̃m Bernhar. Primũ eni vinculum puto fuisse obedientiam qua patri obediuit vsq; ad mortem: mortem autem crucis. Obediuit & matri & Ioseph: scd̃m illud. Venit nazaret cũ eis et erat subditus illis. Obediuit & terrenis iudicibus soluēs diadragma. Secundũ vinculum fuit vterus virginis: de q̃ canimus. quia quem celi capere nõ poterãt tuo gremio cõtulisti. Tercium vinculum in presepio: scd̃m illud. Vagit inter arta infans inter arta conditus erat in presepio mẽbra pannis inuoluta: virgo mater alligat & pedes manusq; crura stricta cingit fascia. quartũ vinculum fuit quo hic ligabatur cũ caperetur. O q̃m inmitia fuerũt illorum immitissimorũ vincula quibus te agnũ mitissimum vinciebant. Video oculis mentis quibus possum domine Ihesu te tam duris nexibus astrictum tanq̃m latronem trahi ad iudicium pricipis sacerdotũ. Et deinde video & horresco & admiror: & admirando deficerem nisi ꝙ liquido cognosco te prius in corde charitatis nexibus fuisse constrictum qui ad exteriora vincula sufferẽda te leuiter attrahere potuerũt. quintũ vinculum fuit quo ad statuã ligatus est vt flagellaretur. De quo infra dicemus. Sextũ vinculum fuit corona ista spinea cum magna amaritudine illud caput amabile complectens: & reliqua inferius de coronatione. Septimum vinculum fuit quo ligatus fuit in cruce ferreum atq; ceteris ferocius quod nõ solum manuum pedumq; sanctissimorũ compaginem diuisit: verũ etiam illam purissimã animam a mundissimi corporis hospicio seperauit & reliqua. Capto autem domino & ligato discipuli omnes timore perterriti relinquẽtes eũ fugierũt: vt in sequẽti articulo.

¶ Documenta.

PRimum est ꝙ dominus voluit ligari vt ipse nostrorũ solueret vincula peccatorum. Secundo voluit ligari: vt nos sibi alligaret vinculo charitatis: ipse eni est charitas vinculum quo anima deo alligatur. Vnde ipse est funiculus ille coccineus quem raab habebat ligatum in fenestra domus interioris sue in signũ certum sue saluationis. Iosue. ii. Et certe quecũq; fidelis anima ex vetustate origine quidã meretrix per Raab signatur: sed per fidem cristi regenerata si habuerit funiculum coccineũ charitatis ligatũ in fenestra domus sue interioris qua diuinũ lumen intrat in animam: talis proculdubio iam habet certũ signum sue salutis: quoniã sic est deo colligata: & deus illi ꝙ non de facili potest ab eo seperari. Hic est funiculus quo deus ligatus fuit ad columpnam qui vere erat coccineus: quia totus sacro sanguine rubricatus. Hic est etiam funiculus ille qui Paulum ita fortiter alligauit cristo ꝙ nullo modo ab eo seperari potuit. Roma. viii. quis nos seperabit etc. Tercium documentum est vt nos ligemus omnia membra nostra: & ipsam linguan funibus preceptorũ dei ne laxentur in aliqua contraria diuinis preceptis: vel diuine voluntati.

¶ Oratio.

IHesu qui iniquorum manibus ligari voluisti: absolue queso meorũ vincula peccatorum: atq; ita charitatis vinculo preceptorum tuorũ funibus me cõstringe ne vnq̃m membra corporis: aut vires anime mee laxentur ad que vis contraria tue voluntati Amen.

¶ Fuga discipulorũ. Articulus. vii.

SEptimus articulus est discipulorũ fuga: vel discessio. De q̃ Matheus & Marcus dicunt. Sequitur in textu.

Tunc scilicet comprehenso Ihesu discipuli omnes relicto eo fugierunt.

Hec fuga nõ modicũ penal' erat christo. Vnde ipse inter oẽs dolores suos specialiter de hoc fuit contristatus. Vnde Iob. xix. in persona christi dicit Fratres mei elongauerunt a me: & noti mei q̃si alie

ni recesserũt a me. In cuius signum mundantur ho die altaria. Christus eni est altare. Apostoli vero ornamenta. Et extinguũtur in matutinis luminaria preter vnũ quod Mariã designat: que sola candela fidei remanebat. Dolebat autem dominus de fuga discipulorũ: nõ propter se: sed propter eos vt supra dictum: ꝙ tristabatur propter scandalum. etce. De quo Hieronymus ait. Neq; credẽdum est id fuisse sine angustia cordis magistri sui: etiam sine fletu & planctu ipsorum. Puto eteni ꝙ postq̃m viderũt turbam christum ligãtem ab illo aliq̃ntulum elongati fugiendo: tamen eiulatu & suspiriis dicebant O magister clemẽtissime omni melle suauior: quo modo videmus in te seuire maliciam iudeorũ. Heu & nos miseri quid faciemus tam gratiosum patrẽ amittentes reliqmus omnia vt sequeremur te: & certificati sumus ꝙ presentia tua priuabimur quoniã occident te pharisei. O quotiens retro aspiciebãt videntes nũc dominum eorum tam immaniter duci: vt in sequenti articulo.

¶ Cause fuge discipulorum.

De illis discipulis ait ꝓpheta in persona domini. Disp sa sunt omnia ossa mea: id ẽ discipuli apostoli q tanq̃m ossa fuerunt aliis fortiores: & tamen ruerũt. Et hoc propter sex causas. Prima fuit anullacio diuine doctrine: propterea dicit. Factum est cor meum tanq̃m cera liquescens: idest euanuit cor meum: idest doctrina mea ad passionis calorem et ignem: & hec in medio ventris mei: idest infirmioribus et mollioribus meis. Secunda causa fuit cessatio miraculorũ. De quo propheta subdit. Aruit tanq̃m testa virtus mea. Nam arida visa fuit virtus & potentia christi in passione qua ante passionem miracula faciebat Vnde in cãtico Baruch. Ibi: idest in cruce abscondita est fortitudo eius: non dicit perdita: sed abscondita: vt infra quarto fructu apparebit. Tercia causa fuit silentiũ christi qui tunc non loquebatur. Vnde subdit. Adhesit lingua mea faucibus meis: idest nihil loquebatur. Esaie. liii. Corã se tondente obmutescit. Et Mathei. xxvii. Et non respõdit ei ad vllum verbum ita vt mirareẽ Pylatus quarta causa extit mors christi: & desperatio de resurrectione illius. Vnde ait. Et in puluerem mortis deduxisti me: o pater: idest scd̃m opinionem iudeorum. Psal. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: idest irreuocabiliter in infernum. quinta causa fuit iudeorum: & ad hoc subdit. Circumdederunt me canes multi: idest iudei oblatrantes & mordentes per detractionem tanq̃m canes. Sexta causa fuit conuentus malorum. Propterea subdit. Consilium malignantium. s. crucifigentium obsedit me ptinaciter vsq; ad mortem meã. Igitur dereliquerunt eum apostoli eius. De quo stupefactus ait Iheremias Trenno. iiii. quomodo dispersi sunt lapides sanctuarii: idest discipuli cristi. Scriptum est eni. Percutiã pastorẽ: & disperguntur oues gregis.

¶ Documenta.

Primum est quod nobis canemus ne nos vnq̃m a christo fugiamus. Fugit autem a christo: qui propter timorem humanum: vel ex temptatione dyabolica: vel al's propter q̃mcunq; passionem: vel corruptam affectionem relinquit iusticiam vel veritatem. Nam cristus est iusticia & veritas. Et vniuersaliter in omni peccato mortali fugit homo a deo. Secundum documentum: ꝙ si interdum hii qui videntur amici nostri & proximi recedant a nobis tempore necessitatis vel aduersitatis eq̃nimiter hoc feramus memores ꝙ et apostoli in necessitate recesserunt a domino.

¶ Oratio.

Ihesu qui electos discipulos tuos omnes a te fugere permisisti: suscipe me fugitiuum seruum tuum scd̃m virtutem omnipotentie tue: neq; sine me abs te proprie voluntatis arbitrio euagari.



¶ Ductio Articulus. viii.

Octauus articulus est ductio. s. qua primum postq̄m discipuli eius ab eo fugierunt: ductus est ad domum Anne vt sequitur Iohannis. xviii.

Et adduxerūt eum ad annam primum.

Hec ductio fuit christo multum laboriosa: ignominosa et violēta. Violēta quia armata cum coorthe & tribuno. Ignominosa quia ducebatur vinctus sicut malefactor. Vnde dicebāt iudei Pylato. Si nō esset hic malefactor nō tibi tradissemus eum. Dolorosa: & hoc tam dolore cordiali q̄m corporali. Cordiali inq̄m: vt quis vnq̄m eni hominū ex corde non doleret duci manibus inimicorum suorū tam crudeliter cum tali strepitu armorum cum tantis obprobriis: & obiurgationibus realibus et verbalibus quales non est dubiū sibi in illa via irrogasse. Non etiā sine corpali dolore: quia q̄ntūcunq; etiā ipse voluntarie cum eis iret trahebāt eum cum fune: trudebant & impellebāt: & pressuris ipsum irruebāt per vallis iosaphat: mediū de torrente sursum versus hierusalem: cū magna festinatione circūducentes illum nudis incedentē pedibus: adeo pedes illos sanctissimos pacē euangelisantes in viis durissimis & petrosis confregerūt vt eius vestigia benedicta sanguinolenta redderentur: quia crudeliter impellebāt de vna parte vie in aliā: quorum pedes veloces erāt ad effundendum sanguinē. Sed ad quid hec christus sustinuit nisi vt vulnera pedum nostrorum male errantiū suarū ductionū dolorosis curaret vestigiis. Currebant inq̄m per spinas & tribulos ouem requirens perditam per vicos & plateas: inuenerunt eum vigiles ciuitatis pcusserunt: vulnerauerūt: & tulerūt palium eius. Ita vt ipse bene dicere potuit illud Paralip. ii. Ex omni parte angustie mee vndiq; premunt. Dicūt eni quidā ꝙ cum duceretur versus ciuitatē vbi currebat torrēs siue fluuius cedron ministri per ponticulum transierunt: sed christum ligatū per aquam traxerunt: vt aque etiā in os eius intrarent: vbi ꝓpter frigiditatē aque et longam mansionem eius in horto totū corpus eius infrigiditatum est ita ꝙ dentibus cepit stridere pre frigore. Tunc adimplete sunt scripture Psal. lxviii. Saluū me fac deus: quo. itra. a. vsq; ad ani. m Et iterū. De torrente in via bibet. etce. Et tunc nō introduxerūt eum per illam portā p quā exiuit: sed p portā aureā: que ideo aurea dicebat: quia aurū Salomoni dandū & omnes res aurū valētia: & etiā sacrificia que offerebantur in templum introducebātur per istam portam. Et quia christus in mundum per aureā portā. s. virginis vterū ingressus erat: dignū fuit vt in hoc mundo volens egredi ad patrem per auream portam introducerēt. Et ꝓ tanto duxerunt eum per auream portam quia ibi sederunt potiores scribe & pharisei maiori securitate ne vulgus eis Ihesum raperent. Et dicit Grytsch ꝙ in illa porta sculpte & depicte erant ymagines ꝓphetarum in lapidibus & patriarcharū que omnes se inclinauerunt christo reuerentiam facientes vt creatori suo. Et Grytsch dicit ꝙ omnes principes sacerdotum et scribe exiuerunt cum maxima multitudine ad portam ciuitatis vociferādo dicentes. Ecce captus est latro: demonyacus: seductor populi: legis violator: proiicientes lutū contra eum. Et dicitur ꝙ de loco vbi iudei ipsum capiebant vsq; ad domum pontificis fuerunt passus triamilia minus quindecim. Circa hunc articulum ductionis christi. s. est considerandum: ꝙ christus in processu passiōis sue nonies hoc die ductus fuit. sicut colligit ex euāgeliis. Primo eni mox vt captus fuit & ligatus duxerūt eum ad Annam primū. Secūdo ab Anna ad Cayphan Tercio a Caypha ad Pylatum. quarto a Pylato ad Herodem. quinto ab Herode reductus ad Pylatū Sexto milites duxerunt eum intro in atriū pretorii: vbi illuserūt eum. Septimo Pylatus duxit eum foris de pretorio indutū veste purpurea cū corona spinea. Octauo idem Pylatus duxit eum foras pretorium ad locū qui dicit licostratos. Nono duxerūt eum ad patibulum crucis.

¶ Documentum.

Documentū est ꝙ scd̄m ꝙ fideles hodie ab hora matutina vsq; ad horā nonam circuentes visitant nouem ecclesias i memoriā ꝙ cristus postq̄m captus fuit ductus est ad nouē loca: rememorari debēt qd passus fuerit corā Anna i prima ductiōe: quid coram Caypha in secunda. Et sic de aliis ductionibus. Et in conformando se huic articulo q̄m exprobrabiliter christus ductus fuit sicut fur vel latro: & propositum habeat cū gratia dei se velle ductibilē esse ad omne diuinū beneplacitum. Et oret hāc vel consimilem orationem. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Vel. Deduc me domine in semita viarū tuarū. Vel aliquod simile quod deus dabit.

¶ Oratio.

Ihesu qui vinctus vt malefactor armata manu iniquorū de loco ad locū exprobrabiliter duci voluisti. Da mihi virtutem vt ad nullum a spiritu maligno vel homine malo peccatum: sed spiritu tuo bono deducar ad oia tue beneplacita volūtati Amen



¶ Presentatio Anne. Articulus.ix.

NOnus articulus est presentatio Anne Nam postq̄m ad portam auream ciuitatis hierusalem cũ Ihesu deuentũ est non sine magno dolore & horrore: quia vnus eum traxit per vestem: alius per collũ: & tercius ꝑ crines.

Duxerunt eum primum ad Annam.

Eo ꝙ domus anne in via erat primo posita: et turpe fuisset si eum preterissent: tum quia erat socer ipsius Cayphe: qui tunc pontifex erat anni illius: volens socrum suum per hoc honorare. Presentabant eum etiam primo Anne pre delectatione gloriãtes in hiis que fiebãt quasi tropheum statuẽtes. Iuxta illud Prouer.ii. Letantur iniqui cum male fecerint: & exultãt in rebus pessimis. Etiam ideo presentauerunt eum primo Anne propter actoris excusatiõem: quatenus dum a consimili pontifice dampnaretur: ipse Cayphas minoris criminis reus haberet: vt ait Beda. In illa domo Anne tria mala sustinuit christus multum sibi penosa. Primũ. s. negationem horrendissimam. Secundo interrogationem stolidissimam. Et tercio alapisationem validissimam. Primo sustinuit negationem horribilissimam quod patet ex textu sextupliciter. s. Per congregationis populositatem Per ymitationis tarditatem. Per interrogationis vilitatem. Per negationis facilitatem. Per peiorationis grauitatem. Per lachrymationis vbertatem: vt patebit in duobus articulis immediate sequentibus.

¶ Documentum.

EX hoc articulo trahitur illud salubre documentum. s. ꝙ nos non debemus multũ formidare presentari potestati temporali propter christum: quia ibi datur homini adeo magna gratia. Vnde dominus dixit discipulis suis. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur eni vobis spiritus. etce. Et hoc designatur ꝑ Annã qui interpretatur deuocio: non q. Annas vel iudex quilibet temporalis donet gratiam ei quem iudicat sed occasiõe sui datur gratia sanctis qui ab eo iudicantur. Gratia eni dei est. Eccli. xxxiii. Audi tacens & pro reuerẽtia accidet tibi bona gratia. Et in conformando se huic articulo recogitet homo qualiter dominus noster Ihesus tunc stetit coram Anna & iudeis atq; oret mente sic: vel consimiliter.

¶ Oratio.

IHesu qui ad Annam primo duci eiq; presentari voluisti. Da mihi propter te non formidare presentari vel adduci potestati huius secl'i. Domineturq; in me semp gratia tua: atq; ratio: vt sic discã omnes actus meos: volũtates & desideria priusq̄m i opus exeant ad examen recte rationis te duce presentare.

¶ Negacio Petri. Articulus. x.

DEcimus articulus ẽ Petri negacio. Cũ eni Ihesus duceretur ad domũ Anne: tũc Petrus sequebatur alonge vt videret finem. Sequebatur & adolescens amictus sindone Iohãnes: videlicet qui notus erat pontifici: & ideo introiuit cum aliis in atriũ sacerdotis. Petrus autem mansit foras. Sed Iohannes dixit ostiarie vt eum intromisit quem cum ad lucem intuita esset. ¶ Sequitur textus.

Dixit ancilla ostiaria Petro. Nunquid & tu ex discipulis es homis istius? Dicit ille. Non sum.

Verba istius ancille plus sonãt cõpatiẽdo. s. cristo et amonẽdo Petro q̄m tradẽdo quia vidit eũ timidum & formidolosum Stabant autem ministri & serui cũ prunis quia frigus erat calefaciẽte se. Ita quoq; & Petrus. Tunc rursus dicente alia ancilla. Hic cũ Ihesu erat. Dixerunt qui astabant. Vere ex illis es: nam & galyleus es. Tunc iurauit cum iuramento. Et post horã ceperũt astantes dicere Petro. Vere tu ex illis es. Signanter vnus ex seruis pontificis: quia se eum dicebat vidisse in horto cũ Ihesu. Tunc Petrus cepit detestari & anathemizare quia nõ nouisset hominẽ: & statim gallus cantauit. ¶ Sequitur textus.

Et conuersus domin9 respexit petrum Et recordatus est petrus verbi quod predixerat ei domin9 foras exiuit: & fleuit amare

Crisostomus. Non potuit manere in tenebris diutius quia lux diuine miserationis eũ respexit Et depost hoc petrus in consuetudinem duxit: vt a primo gallicãtu vsq; ad horam matutinam staret in oratione flens pro christi trina negatione. Sudarium secum portans: quia cõtinuo dum huius negatiõis recordaretur intantũ fleuit vt facies sua adusta lachrymis videbatur. Ideo veniam meruit a pena et a culpa peccatorũ. Vnde dicitur lachrymas Petri lego: sed eius satisfactionem nõ inuenio. Hec trina negatio Petri non modicam penam christo intulit cum ille dilectus discipulus quem ipse petrã statuerat: sup quam fundari deberet ecclesia tam turpiter: & ter ipsum tam publice negauit ad vocem vnius muliercule. Vt sicut mulier primũ hominẽ instigauit ad peccatum. Sic primũ pricipem ecclesie negare deum mulier compulit: vt exemplo Petri infirmitas clarius appareret Et hoc est etiam quod superius diximus ꝙ cristus in domo Anne primo sustinuit negationem horrendissimam. Primo propter congregationis populositatem. Negauit eni ipsum in domo põtificis vbi turba omnis cõueniebat quod grauius erat q̄m in loco priuato factum fuisset. Secundo patet horribilitas huius negatiõis per ymita

tionis tarditatem. Petrus alonge sequebatur christũ qui prius voluit mori secum. Tercio patet per interrogationis vilitatem. A vili namq; persona fuit interrogatus: vnde hausit occasionem negandi. quarto patet per negatiõis facilitatem: facillime enĩ negat cristum. s. ad interrogationẽ vnius ancille: quinto patet per peiorationis grauitatem. Vnde Symon de cassia. Petrus verbis christum trina negatione vilefecit. etce. Et sexto patet horribilitas huius negationis per lachrymationis vbertatem. In textu eni hic tria tanguntur que induxerũt Petrum ad penitentiã. Primũ fuit cantatio galli. Secundum fuit respectio domini. Et terciũ recordatio verbi quãdo dixit in cena. Priusq̃m gallus cãtet ter me negabis. Permisit autem dominus Petrum cadere vt de se nullus presumeret: cum apostolorũ principẽ cecidisse videret. Et vt nullus desperaret: cũ Petrus post peccatum factus sit ianitor celi. Item vt sciret compati subditis mox pastor ecclesie futurus. Sed vbi negat Petrus: non in monte: non in templo: nõ in domo ꝓpria: sed in atrio sacerdotis cum ministris calefacientes se ad ignem. Atriũ sacerdotis est circũitus secularis. Ministri demonya sunt. Ignis desiderium carnale cum quibus qui manet flere peccata non potest. Et ideo malum est conuersari in curiis principum. Nam Petrus semel curiam intrauit & animi vigorem perdidit: et christum negauit: quid si ibi diu mansisset: quare non ibi sed foris penitentiam egit. Sicq; stella a magis in curia herodis disparuit quibus inde egressis reaparuit.

Documenta.

Primum q; prelatus ecclesie debet esse talis qui sciat compati infirmitatibus sacerdotum. Secundum q; nullus debet presumere de sua virtute. Tercium q; in principio obstandum est peccatis quia vnum semper ad se trahit aliud grauius. Sicut in proposito. Prima fuit nuda negatio. Secũdo negationi accessit periurium. Tercio periurio accessit anathemisatio. quartum si nos q̃ntumcunq; ex fragilitate peccamus nullomodo in peccato perseueremus: quia perseuerare dicit glosa dat incrementum sceleri: qui enim spernit minima cadit in maiora: quintum q; nullus peccator debet desperare: sed de peccatis suis flere. Sexto q; nos caueamus ne vnq̃m christum negemus. Christum autem negat quis in omni peccato mortali: quia consentiendo dyabolo abnegemus christum.

Oratio.

Ihesu qui ab apostolorum tuorũ principe ter negari passus es: quem & misericorditer respiciens reatum suum amare flere fecisti. Respice queso me oculo tue clementie: vt ego peccata mea coram oculis tuis valeam digne deflere: & te dominum deum meũ nunq̃m vel verbis vel factis denegare Amen.

Alapisatio. Articulus. xi.

Undecimus articulus est alapisatio. Interim eni q; talia agebantur circa Petrum foris in atrio Ihesu intus existente in pretorio coram põtifice sustinuit stolidissimam interrogationẽ: quod patet ex verborum attenticatione: quia Annas non per alium: sed per seipsum interrogauit christum in cõspectu totius populi assistẽtis: sicut scribit Iohãnis. xviii.

Pontifex autem interrogauit Ihesum de discipulis & doctrina eius.

De discipulis Ihesus non respondit: nã nihil boni de eis ꝓ tunc respõdere potuit. Docẽs nos vt cum non habemus bonum dicere de proximis: tũc omnino taceamus de eorum malis: etiã si sciamus. Sed ad aliam questiõem. s. de doctrina sua respondit Ihesus: ostendens q; non mala vel suspecta sed bona & sana erat: quod declarat ex loco & auditorum testimonio: vt patet in textu Iohãnis vbi dicit.

Respondit Ihesus. Ego palam locutus sum mundo docens in templo: interroga illos qui tunc audierũt. etcete. Tunc vn9 ministrorum dedit alapã magnã in maxillam Ihesu dicens. Sic respondes pontifici.

Hic domius ita respõsionem suam temperauit: vt nec veritatem taceret: nec se defendere videret. Dans nobis formam temperate respondendi hostibus ita vt nec veritatem celemus: nec eos cõtra nos verbis ꝓuocemus. Ista alapa fuit adeo magna q; sonus eius i toto palacio intonuit: cuius vestigium digitorũ remansit in maxilla quam aduc hodie videmus in veronica. Et videtur q; nuda manu non potuit tantum liuorem facere. Ideo verisimile est q; cũ cyroteca ferrea in manu percussit dicens. Sic respondes pontifici: sine reuerentia & arrogantia. Ille seruus percutiens dominum exinde voluit capere beniuolentiam pontificis. De qua alapa dicit Ambrosius super lucam: q; adeo penosa fuit q; suffecisset pro humani generis redemptione. Fuit eni tanta scd͂m aliquos q; moti sunt dentes: os: nares sanguine manarẽt. Voluit eni habundanter satisfacere: ideo percutitur a luto figulus: ab infimo summus: a peccatore deus: a mancipio dominus: a creatura creator: a vili orbis porcione vniuersitatis gubernator: ab eo quẽ redimere voluit piissimus redemptor. Hanc contumeliam sicut & multas alias que secuntur pro nobis cum omni paciẽtia & mansuetudine tollerauit: ita q; summa modestia percutienti se respondit: vt patet in textu

Respondit Ihesus. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Si aũt bene quid me cedis.

Hec cristi respõsio scd͂m Augunõ ꝓcessit ex impacientia sed seruũ dulciter reprehendit: & ingratitudinem suam

ad memoriã ei reuocauit. Vnde Berhardus. O magna ingratitudo ille malchus paulo ante sanatus & ausus fuit percutere dominũ crudelius. O bone Ihesu ad quorum manus deuenisti: qñta est patientia qñta eorum impatientia. Sed velit nolit vincit patientia maliciam: amor inuidiam: pietas crudelitatẽ. Vnde non immerito hec alapisatio inter articulos passionis anumeratur in qua tunc impletum fuerat propheticum illud Trenno. iii. Et dabit percutienti se maxillam. Et Michee. v. Percutiant maxillam iudicis israel. Hoc figuratum fuit in Michea qui alapis cesus fuit & in maxilla percussus: quia dixit veritatem Achab regi israel. iii. Reg. vltimo.

¶ Documentũ.

Ex hoc articulo sumitur documẽtum ꝙ quia christus pro nobis alapisari voluit: vt nos ora nostra compescamus: ne quid contra diuinum honorem loquamur. Et etiam vt ad bonum loquendum vel agendum excitamur. Et vt iniuriis & contumeliis nobis illatis patientiam habere ymitatione cristi qui in hoc specialiter exemplum magne patiẽtie nobis dignatus est prebere. Et ad conformandum se huic articulo poterit homo sibipsi dare moderatam alapam ad representandum alapam cristi omnibus verbis suis ociosis: vel etiã prauis & mendosis & sic orare.

¶ Oratio.

IHesu qui ꝓ me indigno ab Anne ministro cedi alapa voluisti. Da mihi queso gratiam tuam que me a tua laude nunq̃m cessare faciat: & ab ocioso sermone compescat.

F



¶ Presentatio Cayphe. Articulus.xii

Quodecimus articulus est presentatio Cayphe. Cum eni dominus accepisset alapam. tunc misit eum Annas ligatum quasi reum & morte dignum & iam eo condempnatum ad Caypham: regratiatus ministris de honore sibi exhibito: aput quem sacerdotes & scribe conuenerant: quia christi examinatio principaliter pertinebat ad ipsum ad tractandũ nũc de ipsius cõdẽpnatiõe & morte. Vnde tex.

Misit eũ Annas ad Caypham pontificem anni illius.

In cuius domo Ihesus pernoctauit: & tria maxime sibi penosa sustinuit .s. testificationem dolosissimam. Adiurationem versutissimam. Et confutationem ludibriosissimam: vt patebit in articulis consequentibus. Et hec quidẽ presentatio aduc magis grauis erat q̃m prima facta Anne eo q̄ ille actu erat pontifex anni illius: & plus maliciosus quod interpretatio nominis eius indicat. Cayphas interpretatur sagax inuestigator. Ipse eni magis sagaciter de falsis testimoniis cõtra christum inuestigauit & cum non inueniret conueniens testimoniũ ipse sagaciter et maliciose: captioseq̧ met sumpsit dampnatiõis occasionem: vt infra articulo decimoquarto de impositione blasphemie habetur. O q̃m penosum homini tã maliciose & captiose inuidiaq̧ repleto iudici presentari. Et de domo Anne vsq̧ ad domum Cayphe fuerunt centum nonagintaquatuor passus quo interim tricesies condempnauerunt: & conspuerunt eum: absq̧ aliis tormentis & penis Vbi iam mater eius dolorosissima vt omnium illarum particeps inueniretur in tanta pressura meroris & confusionis filium sequebatur quocunq̧ ierat a sororibus & aliis sanctis mulieribus cum inestimabili fletu atq̧ planctu quasi pre dolore mortua ducebatur. Nam vehementia doloris reddebat impotentem ad ambulandũ. Sed vis amoris impellebat ad sequẽdum: vt infra patebit in secundo articulo

¶ Documenta.

Ex hoc articulo duo habẽtur documẽta. Primum: q̄ non debet multum terreri sanctos trahi ad malos iudices: quia q̃nto iudices nequiores tanto faciunt martyres gloriosores. Exemplũ in apostolis Petro & Paulo qui sub impudẽtissimo nerone passi sunt. Et beato Laurentio qui sub nequissimo Decio cõsumauit agonem suum. Et sic de multis aliis Secundum est: q̄ nos omnia mala que fecimus conspectui conscientie nostre presentare debemus: & sic eam etiam coram christo iudice examinandam statuere. Sicut non dedignabatur corã principibus sacerdotum scribis & senioribus iudeorum de omnibus factis et dictis suis exanimari: & sic vel consimiliter orare.

¶ Oratio.

Ihesu qui ab Anna ad Cayphã pontificem ꝑ me mitti: & corã eo examinari voluisti. Da mihi amore tui nominis malorum iudicium nõ timere: & in conspectu tuo cum conscientia bona comparere Amen.

¶ Falsi testimonii delatio. Articu.xiii.

Terdecimus articulus est falsi testimonii delatio. Cum eni christus staret coram Caypha principe sacerdotũ: & omne consiliũ querebat falsum testimoniũ cõtra Ihesum vt eum morti traderent: & nõ inuenirent cũ multi falsi testes accessissent vt aliqua conuenientia testimoniorũ esset. Summa laus christi q̄ etiam minimum culpabile cõtra eum inuenire non poterant. Et dicit signanter falsum testimonium: quia reuera verum nõ habuerunt cõtra eum testimonium. ¶ Sequitur in textu.


Nouissime autẽ duo falsi testes accesserunt dicentes. Nos audiuimus eũ dicere: possum destruere templum dei hoc: & post triduũ reedificare illud.

De hiis testibus & testimõio ait Simon de cassia querebãt testimonia vt zelo iusticie puniret quẽ ipsi zelo iuidie sectabantur: & iusticie velamento inuidiam & animi cruditatem palliare temptabant. Vnde dicebant. Nos audiuimus eũ dicere .etce. Per hoc conabantur probare q̄ ipse diuinam potẽtiam quasi deus sibi vsurparet. Sed erãt falsi testes qa sensũ et verba cristi mutabãt. Hec ei fuerũt verba cristi. Soluite templum hoc & i tribus diebus excitabo illud: sed ipsi apposuerunt de templo manu facto. Christus autem dicebat de templo corporis sui. Huiusmodi autem falsa testimonia non modicũ ledebant christum. Dum qlibet hominũ doleret si falso testimonio calumpniaretur cũ tamen ipse & omnis homo mendax: q̃nto magis christus qui via veritas est & vita quod falsitate obiurgat. Hic Anshelmus in libro. Cur deus homo admirãtis causam machinationis iudeorum in cristi mortem questio precurrit: ad quam sibiipsi respondet ex spiritusancti instinctu dicens. Puto q̄ non sit aliquod aliud nisi propter veritatem & iusticiam quam indeclinabiliter tenebat loquendo: docendo: & viuendo. Ipsi vero mali fuerunt: falsi: iniusti: & dolosi: & ideo christus eos dure arguebat: ideo nolebant permittere viuere meliorem super se ne ipsi degeneres reputarentur: atq̧ improperia sustinerent. Vnde Nicolaus de lyra. Pontifices erãt de tribu leui: & pharisei pro magna parte de tribu symeon. Idcirco in figura concilii huius predictum erat a patriarcha Iacob Gene. penultimo. Symeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellãtia: in cõsiliũ eorũ nõ veniat aia mea.

Documentum.

Ex hoc articulo sumit illud documentum: q nos falsum testimoniū: ymo omnem falsitatem & mēdaciū summe detestemur: quia mēdaciis & fallaciis cristus morti est addictus. Et nos quotiēscūq falsum testimonium & mendacium contra proximum proferimus christum morti addicimus qntū in nobis est. Vnde qm detestabile sit illud crimen Ysidorus in libro de summo bono ostendit sic dicens. Testis falsidicus tribus personis est obnoxius Primum deo quem iurando contempnit. Consequenter iudici quem quem mentiēdo fallit. Postremo innocenti quem falso testimonio ledit:

Oratio.



Ihesu q ꝑ me a iudeis criminari: atq falso testimonio accusari voluisti: da mihi ꝑ te nemini criminari: neq falsas calumpnias inferre: & illatas pro honore tuo sustinere.

Blasphemie impositio. Articu. xiiii

Quartus decimus articulus est blasphemie falsa impositio. Videns eni Cayphas princeps sacerdotum: & pontifex anni istius q Ihesus tacebat. Et testimonia contra eum producta ad eius cōdempnationem non sufficiebant: perturbatus: quia non inuenit locum calumpnie: et vnde posset Ihesus iuste condempnari: sicq ira motus & vesania mētis agitatus: Sequitur textus.

Surgens princeps sacerdotū ait illi. Nihil respōdes ad ea que isti aduersum te testificantur.

Surgēs ex impatientia in mediū de solio sacerdotali dicēs ad Ihesū. Nihil respōdes. etcc. Motu corporis insaniam mentis ostendit: cum temperātia & grauitas in verbo: in opere: & gestu iudicem et prelatum deceret: scdm Bedam. Ad respōsum ꝓuocat: vt ex occasione sermonis locum habeat accusatiōis. Vnde Simon de cassia. Surgit ob inquietudinem mētis: & seuicia efficiebat seipso superior. querebat' responsionem: non ad credulitatem: aut excusationē: sed vt captis verbis magis ex ipsa subuerteret. Textus

Ihesus autem tacebat.

Humiliter & nihil respōdit: qa sciebat q Gayphas ex responsionē eius libenter occasionē calumniandi habuisset: ideo Ihesus tacebat misterio non timore: tanqm cognoscens eum qui loquebatur in fraudem. Etiam vt exemplum daret cōtempnere calumpniantium voces. Et potius fortiter silere: qm sine vllo profectu defendere. Hoc etiam fuit prescitum & predictum per prophetas. Vnde sicut agnus coram tondente se obmutuit: & nō aperuit os suū. Esaie. liii. Et Psal'. xxxviii. Ego tanqm surdus non audiebam: sicut mutus non aperiens os suum. quanto autem magis Ihesus ad indignos responsioni eius tacebat: tanto magis pontifex furens ad respondendum eum prouocabat. Itaq rursus ex indignatione & impatientia ait illi. Sequitur textus

Adiuro te p deum viuū vt dicas nobis si tu es cristus filius dei viui.

Hec adiuratio facta fuit p machinationis dolositatem. Vnde Hieronimus. Adiurauit eum per deum viuū: vt vel saltem pro reuerentia diuini nominis pronūciaret & responsum non ex ipso veritatē scire desiderans: sed calumpniā intendens. O qnta vesania & impietas qui ad eum capiendum quasi latronem miserat: nunc de furto & vsurpatione debitis examinat: non tamen veritatem desiderat: sed magis calumpniā parat. Et in hoc peccauit grauiter. Vt quando. s. inferior incitat & adiurat superiorem ad dicendum veritatem sine ratiōabili causa: vt fuit in proposito. Christus tamen ob reuerentiā diuini nois inuocati sibi respondit: vt in textu.

Respondit Ihesus dicēs. Tu dixisti quia ego sum.

Veritatem eis respondit: vt inexcusabiles essent. Et non nomen dei spnere videretur addiciens. Verūtamen: dico vobis amodo videbitis oculis corporeis filiū hominis. s. me: quem modo contempnitis: & ignominose tractatis: in die iudicii sedentem a dextris virtutis dei: idest maiestate dei patris in equalitate: et plenissima potestate: & venientem. s. ad iudiciū scdm formam humanam in nubibus celi: sicut ascēdit: ex hoc: idest merito passionis mee. Tunc princeps sacerdotum qui surrexerat in furore nunc magis insaniens scidit vestimenta sua: vt sequitur in textu.

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit.

Primo scidit vestimenta sua in rabie scdm Bedam: quia quem de solio sacerdotali furor excusserat eundem rabies abscindendam vestes prouocauit. Vnde Symon de cassia. Scissio vestiū diuisionem stultam in moribus arguit: & copulam denegat charitatis. Ex malo eni mentis habitu in turpē actum erumpitur: & corde diuisus diuisas peragit actiones. Et in hoc facto etiam Cayphas iterū prophetisauit: ostendens iudeis sacerdotalem gloriam pdidisse: dum eni vestem sibi descidit ipsum quo tegebatur velamētum legis abiecit: qmuis illud ignoraret: quia ipse scidit vestimenta: vt accusationē grauiorem redderet: & quod verbis dicebat factis extolleret. Mos quippe erat iudeis scindere vestimēta in signum doloris & detestationis criminis: cū aliquod blasphemie & quasi contra deū audiebāt Hoc tam enorme peccatum princeps sacerdotū cri

ſto imponebat: dicens. Blaſphemauit. ſ. attribuendo ſibi quod dei eſt. quid aduc egemus teſtibus: quaſi diceret. Pro nihilo laboramus querēdo teſtes Ecce nunc: ideſt in aperto: et coram omnibus audiſtis blaſphemiam. O miſer & princeps nequā. Nō dixit blaſphemiam ſed veritatem. Tu ipſe blaſphemas qui quod dei eſt deo non attribuis: ſed filium dei purā creaturam credis. Et ideo blaſphemia tua tecum eſt in perditionem.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo ſumitur documētum: ꝙ nos debemus eſſe puri et immunes ab omni blaſphemia: tā quo ad nos: tam quo ad alios. Ad nos quidem vt nihil cōmittamus vel dicamus quo nomē dei blaſphemetur. quo ad alios etiam vt nos aliis blaſphemiam non inferamus. Et ad conformādum ſe huic articulo per contrariū benedicat homo deo dicens illud vel cōſimile. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc & vſqꝫ in ſeculū Amen. Atqꝫ ſic oret

¶ Oratio.

Iheſu qui blaſphemie crimen falſo tibi imponi pertuliſti. Cuſtodi me ne vnq̄m nomen tuum verbo vel facto blaſphemetur: nec per os meum blaſphemia vel maledictum aliquando proferatur.

¶ Condemnatio. Articulus .xv.

Quintuſdecimus articulus eſt ad mortē condemnatio. Cum eni princeps ſacerdotum dixiſſet. Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: adiecit.

Quid vobis videtur. At illi reſpondentes dixerūt Reus eſt mortis.

Hoc dixerunt vt eorū malicia publicaretur. Et ſi non fiebat ex eorum intentione ea decauſa tamē fiebat ex dei permiſſione ſicut reliqua dicta in articulis. Vnde Symon de caſſia ſic ait. Inſpice iuſticiam eſſe calcatā: virtutem depreſſam: rationem obrutam: vt omnis magiſtratus: & ſapientes & ſenes iniuſti mortem conueniant: & neminem inueniri qui pro innocenti conſurgat: qui beneficium excuſationis: aut tempus defenſionis expoſcat. Hec ille. Omnes autem condemnauerūt eum dicentes. Reus eſt mortis: cum tamen veritatem dixiſſet eis. Mira veſania pontificis: peruertit enī ordinem iuris ſedens in loco iudicis: prius tulit ſentētiā blaſphemie in ipſum dicens. Blaſphemauit. Et poſtea queſiuit ab aſſeſſoribus: quid vobis videt̄. Cui tūc reſponderunt. Reus eſt mortis. qualis iudex & aſſeſſores. Ipſi erant accuſantes: ipſi diſcutientes: ipſi ſententiam proferentes: quod totum eſt cōtra iuris ordinem. Reus eſt mortis. Verum dixiſſent ſuppoſita veritate facti. Omnis eni q blaſphemat nomē dei ſcd̄m legem reus eſt mortis. Leui. xxiiii. Lapidari debet. Sed quia factum ſuper quo fundabat̄ queſtio fuit falſa: igitur reſpōſio fuit falſa prophana et iniqua. Vnde bene hec cōdemnatio ad mortem ponitur inter puncta paſſiōis domini: quia valde cor hominis cuiuſcunqꝫ etiam condemnatio ad mortē affligeret: q̄nto magis illū affligere potuit qui omnino innocens & vita omnium viuentium erat ſic ad mortem crucis turpiſſimam condemnari. Et etiam tunc per eos quos ipſe viuificare venit.

¶ Documenta.

Ex hoc articulo condemnationis chriſti ad mortē habemus duo documenta. Primū eſt vt caueamus ne vnq̄m illa vox iudeorum reus eſt mortis que chriſti auribus innocenter intonuit noſtris mentalibus auribus inſonet: & in nobis locum veraciter habeat: vt de quocūqꝫ exiſtente in mortali peccato verum eſt dicere. Reus eſt mortis. Secundum eſt vt ſi nos aliquando propter chriſtum a perſecutoribus condemnemur ad mortem non perturbemur: ſed potius gaudeamus reſpiciētes ad mercedem. Sicut chriſtus hortabatur diſcipulos ſuos dicēs. Cum vos oderint. etce. Et ſequitur. Gaudete et exultate in illa die: ecce eni merces veſtra copioſa eſt in celis. Et ſic vel conſimiliter orēt.

¶ Oratio.

Iheſu qui prophanam impiorum vocem. ſ. reum te eſſe mortis propter me non timuiſti: cuſtodi me ne vnq̄m in oculis tuis eterne mortis reus inueniar.



Colaphisatio. Articulus.xvi.

Sextusdecimus articulus est colaphisatio: que est percussio in collo. Vnde postq̄m se Ihesus filium dei esse non negebat: quod ipsi iudei habebāt ꝓ maxima blasphemia. Tunc qui circumstabāt omnes fere in simul irruerunt super pium dominū Ihesum illudentes ei. Alii conspuentes in vultum eius benignissimum: vt in sequenti articulo. Alii vero colaphis eum cedebant. Vnde sequitur in textu.

Et colaphis eū ceciderūt

Solent autem in collo percuti fatui: & despectabiles persone. Vnde & hoc ꝙ iudei christū colaphisabant nō tam intenditur lesio passionis q̄m maxima contumelia despectionis: quia per hoc illusus: subsannatus: & blasphematus fuit: cum vellicatione genarum. Cuius testimoniū habemus in ꝓpheta dicēte ex persona ipsius amabilis domini Ihesu. Corpus meum dedi percutientibus: & genas meas vellentibus. quod quidam exponunt de laceratione genarum & maxillarum facta cum vnguibus impiorum iudeorum: quidam vero de extractione barbe domini Ihesu: quod siue vtrumq;: siue alterū verum sit: video sacrilegas manus impiissime gentis non saturatas: colaphis: alapis: & conspuitione desiderabilis vultus optimi Ihesu: sed etiā ad genarum ipsius vel vellicationem exarsisse. Et q̄muis colaphus ad hoc tendat: magis tamen adumbrato mysterio. Dicit Symon de cassia: vt fidei qua christo iungimur iudeorum pertinacia maledicat: ac etiā crudelitas paganorū in suis tirannis illam sit conata diuerberare atq; succidere. Cum ante suam cōuersionem omnes in christo credentes quas potuit supplicio dire mortis ascripserit Nam colaphus est ꝑcussio super collum. Collum autem ecclesie fidem insinuat sicut in canticis legitur. Sicut turris dauid collum tuū. Hec ille. Ihesus autem in illa domo fuit quadragesies percussus ad collum. Et iudeorum qui concilium super Ihesum dulcissimū habuerunt fuerunt septuagintaseptem: vt ait Bernhardus.

Documentum.

Ex hoc articulo habetur tale documē tum ꝙ caueamus ne & nos aliquādo cristum colaphisemus. Vnde dicit Beda. Colaphisant christum omnes falsi christiani qui ore confitentur christum: factis autem negant. Nam colaphus datur a retro. Colaphisant etiam christum qui eius honoribus suos preferunt. Et filii illi qui ꝓximum post tergum suum infamant. Ad conformādum ergo se huic articulo poterit homo sibipsi dare colapham in cōmemorationem colaphorum christi: & sic ipsum orare.

Oratio.

Ihesu qui a iudeis propter me colaphisari voluisti. Da mihi sic te ore confiteri vt contrariis operibus te nullatinus colaphisem.

Consputatio. Articulus.xvii.



Decimusseptimus arti. est consputatio faciei: cū eni iudei omnes accusauerunt eum esse reum mortis: tūc conspuerūt in faciem eius tanq̄m in hominē vilem: & pestiferū maledictum & reprobatum a deo. Vnde sequitur in textu.

Et ceperunt quidam conspuere eum.

Hec conspuitio facta fuit multis de causis. Prio propter curationis igratitudinē In hoc eni notatur eorū ingratitudo. Vnde Symon de cassia. Expuerat saluator & lutum fecerat: vt in lucē reuocaret hominē cui natura negauerat. Nunc vero procax impudentia iudeorū faciem sputis polluit saluatoris. Secundo propter despectionis magnitudinem. Nam proprium erat iudeorum conspuere in faciem eius quem abiiciebant: & in magnum vituperium & despectum persone. O q̄m turpis emulatio iudeorum qui non horruerunt turpissimis sputis suis maculare & deturpare tā amabilem faciem & speciosam in quam desiderant angeli prospicere que plena est gratia: & desiderata a cunctis gentibus quia salus: et vita omniū intuentium. Nec tantum simplicibus sputis: sed veresimile est ꝙ etiam restaurationes suas fetitissimas in faciem eius proiecerunt. Vnde Matheus non dicit spuerūt: sed expuerunt: quasi exscreantes spuerunt Marcus autem dicit conspuerūt: quia non tantum vnus sed plures simul spuerunt. Et sic facies illa benedicta facta ē ita abhominabilis quasi esset leprosa ex sputis & verberibus que ei in faciem dederūt: vt in sequenti articulo. Vnde adimpletum est in eo illud Esaie. viii. Non ē ei facies neq; decor vidimus eum & nō erat aspectus. Et nos reputauimus eum quasi leprosum & ꝑcussum a deo & humiliatum Et subdit. Ipse eni vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Ad hoc Bernhardus. Vultum tuum bone Ihesu in quam angeli desiderāt ꝓspicere: qui omnes celos adimplet leticia: quem omnis terra diues & pauper in mūdo adorat polluto sputo inquinauerunt velo operuerunt: & te domine vniuerse creature tanq̄m seruum contemptibilem percusserunt & deriserunt: scd̄m Hieronimum.

Documentum.

Ex hoc articulo primum documentum est q nos diligēter caueamus ne nos vnq̄m cum iudeis christi faciem conspuemus: quod tunc fit cum quis conscientiam suam fedis cogitationibus & actionibus polluit: quia eni christus conscientiā sanctā inhabitat in q̄ dei facies idest ymago relucet. Hinc est q quicunq; conscientiam suam peccatis polluit quasi sputum in cristi faciem proicit. Et ideo dicit Hieronymus q dominus noster in faciem suā conspui voluit: vt sputaminibus susceptis facie anime nostre lauaret. Ad conformandum igitur se huic articulo formet homo in mēte sua christum tam horribiliter sputis in facie deturbatum & regratietur sibi pro magna gloria nostra. Recogitet etiā quotiens ipse faciem illam speciosissimam in conscientia sua polluerit. Item quotiens indigne cōmunicando sputi sui contactu christum sordidauerit: & sic vel consimiliter oret.

Oratio.

Ihesu qui iudeorum sputis pro me faciem tuā pulcerrimam maculari voluisti. Da mihi tue ymaginis faciem in me nunq̄m meis fedis actibus: aut cogitationibus inquinari.

In faciem percussio.

Articulus decimusoctauus.



Decimus octauus arti. est in faciē percussio: De qua euangelista Matheus dicit. Et palmas ei in faciem dederūt. Alter vero dicit. Et ministri eū alapis cedebant: quod idem est. Sequitur textus

Et palmas ei in faciem dederunt.

Dicitur autem palma scd̄m Papiam manus extensa vel explicata: sicut pugnus manus dicitur cōplicata. Manibus ergo extensis: hoc est palmis eum in faciem percusserunt: que quidem percussio specialem passionis christi facit articulum: eo q ex tali percussione homo plus affligitur q̄m de percussione in collo. In facie eni sunt oēs sensus: & membra eius tenera facile lesibilia. Vnde verisimile est q ex tali percussione fluxerit sanguis per nares: & os: licet hoc ab euangelistis nō exprimatur: vt dicit Symon de cassia: q multa certa fide credita acerbitatem illate passionis declarātia euangeliste emiserunt: tunc quia scripserunt nō ad excitandum compassionis effectum principaliter: sed ad faciendum de hystoria certā fidem. O q̄m horrendum scelus impiissimorum iudeorum q faciē tam formosam: tam crudeliter verberibus affecerunt quod ipse voluit scd̄m Hieronymum alapis. s. expalmari vt nos ei in laudem nostris manibus. s. operibus labiis cōplauderemus. Item in faciem etiam ceditur in cuius os iniuria irrogatur. Hoc modo etiam christus in faciem cesus fuit: pro quanto multas iniurias & improperia ei in faciem obiecerunt. Vnde Esaias in persona christi ait. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Iudei nanq; cum hoc q ei realiter in faciem percutiebant etiam multas increpationes & blasphemias in faciem ei dicebant: que nō omnia euangeliste particulariter exprimūt. Sed Lucas ea tangit in generali dicens sic. Et multa alia blasphemantes dicebant in eum.

Documenta.

Primum documentum est: vt nos caueamus ne palmas demus in faciem christi. Illi autem palmas in faciem christi dant: dicit Augustinus: qui integritatem diuine ymaginis in mente sua ledunt et offendunt. Homo igitur cadens a gratia per peccatum manu praui operis christum quasi in facie percutit: at per hoc integritatem ymaginis dei in se offendit. Secundum documentum Et sicut christus dominus noster ab omnibus talibus increpationibus: blasphemiis: persecutiōibus: & sputis faciem nunq̄m auertebat: quinymo voluntarie ad omnia illa faciem suam pro nobis eis offerebat. Sic et nos casu ingruente sustinere similia pro christo non recusemus: atq; eum sic adoremus.

Oratio.

Iesu qui iudeorũ manibus faciem tu am speciosissimam pro me cedi volu isti. Da mihi ymaginis tue faciem in me semper illesam illibatamq; tene re: ne quando iniquitatum mearum sceleratis mani bus violetur.

Velacio faciei. Articulus. xix.

Decimus nonus articulus est velatio fa ciei. Velauerunt enim faciem suam: quod velamen manet vsq; hodie sup corda eorum: quia ab eis faciem suã abscondit. O insania cecitas & ceca insania infe licium iudeorum: q illam desiderabilem faciem quam aduenturam patres eorum & prophete diu: & longo suspirio desiderauerunt. Intueri ipsi infe lices cum eum presentem habuerunt tam ignonmi nose velarunt: vt sequitur in textu.

De qua Moyses dicebat. Ostẽde **Velauerunt faciem eius.** mihi faciem tuam Exodi. xxxiiii. Et Dauid. Osten de nobis faciem tuam & salui erimus. Et in cãticis Ostende mihi faciem tuam: facies eni tua decora. Et omnes in limbo clamabant. Veni & ostende nobis faciem tuam domine qui sedes super cheru bin: venit tandem ille desideratus cunctis genti bus. Et ostendit faciem suam iudeis: sed ipsi scelera tissimi faciem eius velauerunt: non vt ille scelera ip sorum non videat: vt dicit Beda: sed vt a seipsis fa ciem eius abscondãt: quia eorũ acuciẽtes oculi nec faciẽ moysi poterãt intueri: nisi velamine super fa ciem posito: vt habetur Exo. xxxiiii. Sed ecce plus q̃m Moyses hic. Cuius vtiq; facies sine comparatio ne gloriosior erat faciei Moysi. Licet gloria eius es set ab intus: & nube carnis mortalis obtecta. Aliq̃ tamen vis glorie resplẽduit ex facie eius iudeorum oculos reuerberãs: vt faciem illam equo animo tol lerare non possent inde excecati: & ideo infelices. faciem eius velauerunt ostendentes per hoc etiã ne scienter q in faciem christi nullus infidelis & auer sus a deo intueri potest: quia est eis velata. Huius ve laminis figura preces sit in Samsone: qui. s. amore meretricis dalide fuit sua fortitudine spoliatus: ab inimicis captiuatus: oculorũ lumine priuatus: & il lusioni multiplici fatigatus. Sic christus amore pec catricis anime cui dicit per pphetam. Tu aũt forni cata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me & ego suscipiam te.

Documentum.

Ex hoc articulo sumitur documẽtum q nos summe caueamus ne velamen ante faciem cristi ponamus. Sed heu multi christiani velamen ante faciem christi ponũt quales sunt qui in abscondito peccãt: quasi deus eos non videat. Et etiam qui dei ymagi nem in se velamine culpe & ignorantie obtegunt & obscurant vt dictum est. Vnde Hieronimus. Cri stus ideo voluit pro nobis velari: vt velamen culpe et ignorãtie a cordibus nostris auferet. Item oculos dei omnia videntis etiam velat: qui malum pro bo no dat vel vendit. Sic igitur oret.

Oratio.

Iesu qui faciem tuam gratiosissimã in quam angeli desiderant prospice re pro me velari pmisisti. Illustra que so faciem tuam super me indignũ ser uum tuum: vt ymago tue trinitatis in me nõ possit obscurari. Velamen quoq; culpe & ignorantie cor dis mei tenebras luce tue celestis gratie benigniter repelle Amen.

Prophetisatio. Articulus. xx.

Vicesimus articulus est pphetisationis dei ludibriosa expetitio: in eo videli cet q cum velata facies eius esset pcu tiebant eum in capite: dicentes. Pro phetisa nobis christe quis est qui te percussit. Sed in qua iam parte capitis eum percusserint: tũc quando hoc dicebant. De hoc euangeliste diuersimode lo quuntur. Nam Matheus dicit q tunc eum colaphis cedebant. Scdm Lucam vero. Percutiebant faciem eius. Vnde potest dici q cum velassent faciem eius quilibet eorum percussit eum vbi voluit: quidã in collo: alii in faciem: & alii in maxillas. Et sic pcu tientes interrogabant eum dicentes: vt sequitur in textu.

Et interrogauerunt eum Quis est qui te percussit Hoc irrisorie di cebãt scdm glo. in contumeliam eius qui se pphe tam haberi volu it a vulgo et apostolis. Et quem populus magnum prophetã reputabat. Ipsi per hoc q ignoraret quis eum percussisset falsum pphetam esse designabãt. Sed quia ipsi eum hiis verbis irridebãt: & quasi lu dibrium de eo faciebant. Idcirco eis nihil respõde bat. Nam stultum erat verberãtibus respondere: & prophetare cedentem cum palam percutientis insa nia videretur. Hieronimus. Crudelissimi et sine mi sericordia erant: ideo omnia mala & vituperia que poterant ei faciebant. Alii ex sua mala voluntate Alii vt placerent maioribus qui erãt immanissimi. Vnde Hieronymus. Hec passio quã nocte sustinuit nunq̃m erit manifesta nisi in die iudicii. Ab initio eni noctis vsq; mane dimissus est in manus seruorũ vilissimorum qui omne genus tormentorum in ip so attemptarunt. Nunc eũ p crines trahendo. Nunc palmis in faciem cedẽdo. Nunc sputa eorum in os eius fringendo. Et reliqua: que iam partim supra di ximus: quibus nunc vno modo: nunc alio corpore & animo fatigatus est.

Marie compassio.

Sed vbi es tu nūc o virgo mater dei Maria: an ignoras que nūc circa dilectissimū filium tuū gerūt. Dicūt q̄dā q̄ iohānes euangelista dimisso Ihesu i domo Cayphe cucurrit versus bethaniā ad domū magdalene vbi virgo remāserat quādo cristus cū discipl'is suis venit hierosolymam ad cenam faciendam. Et ibi clamans ad ostiū a virgine orante tremēte & attonita: auditus est ad uocauit mox virgo magdalenam dicens. Surge filia mi & vide quid nobis de filio meo significetur aperta fuere ostia domus & intrauit Iohannes eiulans flens & lachrymans dicensq̄. Heu me veneranda mater q̄m durus tibi nuncius aduenio: & cū presingultibus vix loqui valeret: interrogabatur a virgine colacrimāte: vbi est filius meus: vbi est Ihesus meus: quid actum est de illo: viuit nc aduc an interfecerunt eum iudei. Heu me dolente nimium. Et Iohannes respondere poterat non dū mortuus est sed puto hodie morti tradendus erit. Comprehenderūt illum in nocte ministri iudeorum. Et detinent eum vinctum in domo Cayphe: asserūtq̄ neq̄m illi pharisci & scribe debere morti adiudicari. O q̄m gelidum factum est cor virgineum: q̄ntoq̄ dolore fuerit repleta anima eius: que statim exiuit domū cum Iohanne: & magdalena: aliisq̄ comitātibus hierusalem festina petens. Et cum intrasset ciuitatem quesiuit filium suum per vicos & plateas interrogans a pretereūtibus vbi est dilectus meus. Et reliqua infra in sequēti articulo. Sil'r & .xliiii. articulo. Et etiam in quinquagesimo octauo articulo.

Documenta.

Loco documētorū illius arti. in precedēti ar. satis haberi poterūt Ponamus & addamus hic aliq̄lem cōtēplationem illius inestimabilis vilitatis et derisionis dulcissimi Ihesu. Expergiscere igitur anima mea deo deuota & considera que ille qui summa angelorum gloria est propter nos factus est ludibrium impiorum: & quasi pila derisiōis eorum eoq̄ de ipso mutuo conludebant mittentes ad alterum cōfusione repletum: vti Annas ad Caypham. Cayphas ad Pylatum. Pylatus ad Herodem. Et iterum herodes ad pylatum. Et semper in predictis locis & eorum itinere derisionibus plenum: vt infra patebit: & antea dictum est. Proinde propheta in persona domini ait. Omnes videntes me deriserunt me. Et hoc tripliciter. Nūc verbo. Nūc signo. Nūc sermone yronicorū. De verbo dicit ꝓpheta. Locuti sunt labiis: inconsiderate. s. falsa imponēdo: & falsa promittendo. Nam Mathei. xxvii. dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Ecce falsa impositio. Si rex israel est descendat nunc de cruce & credimus ei. Ecce falsa promissio Secunda derisio fuit signorum. Et de hac propheta subdit. Et mouerunt capita sua. Vnde Math. Pretereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua: Et dicētes. Phach qui destruit templum. Tercia derisio fuit sermonum yronicorum: que fuerūt quādo bonum improperātur. Et de hoc subdit propheta dicens. Sperauit. s. christus in domino. s. deo patre: eripiat eum. s. de manibus nostris: saluum faciat eum. s. resuscitando: quoniā vult eum: vt ipse dicit. Confidit in deum liberet eum nūc si vult. Dixit eni filius dei ego sum. Velauerunt faciem eius. & reliqua supra. De quibus ait iterum propheta in persona domini. Cōfortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste que non rapui tunc exoluebam: sed que Eua rapuit exoluebā. Ad cōformandum se huic articulo: recogitet homo q̄ntam irrisionem & infamationē deus noster in hoc facto passus est: & quomodo iudei de eo ludum fecerūt quasi puerorū: & oret deuotus hanc vel consimilē orationem.

Oratio.

Ihesu qui ludibriis iudeorum ꝑcussus in capite prophetare exactus fuisti: ꝓphetisa mihi bone Ihesu vt cognoscā quis & qualis ego miser sim: qui totiens manu praui operis prochdolor te percussi.



Presentatio coram Pylato. Arti.xxi.

Vicesimus primus articulus ē presentatio coram Pilato. Facto eni claro mane: quasi hora prima. Surgēs omnis multitudo iudeorū de domo cayphe duxerūt Ihesum vinctum ad pretoriū: tanq̄m agnū mansuetum qui portatur ad victimam. Vide o anima mea: quoniā intrat ligatus: trusus: & afflictus: omnes in eum respicerent: & insultantes ei dicunt. O Ihesu hic es quomodo si propheta eras istud nō preuidebas. Talia & multa silia poterant ei dicere illi maledicti: vt inferius dicitur. Sequit textus.

Et tradiderunt eum pontio pylato presidi.

Hec presentatio fuit inter omnes grauissima Ihesu: tum ex parte iudicis plenariam potestatem habentis dampnandi ad mortem tum ex parte iudeorum presentantium eum tanq̄m iam victum: reum: eo ꝙ non solum eum iam presentauerunt quasi examinandum: sed tradiderunt eum tanq̄m ab eis examinatum & sine mora absq̄ alia examinatione super eorū verbis occidendum. Dicebant eni. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eū: vt patebit in sequēti articulo. Tum etiam ex parte ipsius qui iam tota nocte fatigatus fuerat a iudeis: & nunc primo sistebatur iudicium hominis gentilis. Adduxerūt eni vinctum Pylato presidi in circumciso cani ad glutiendum.

Rememoratio planctus Marie.

Cvm autē iam p̄ omnes plateas hierusalem diceret ꝙ dominus Ihesus captus esset: & quomodo iudei eum crucifigere vellēt: hos rumores terribiles percipiens mater eius dolorosa. Ducta est vt supra diximus: cum inestimabili lamento: fletu: planctu & suspiriis a sororibus suis & aliis femiuiua ad videndum filiū suū dilectum incessanter plorans per vicos & plateas per ciuitatē hierusalem. Heu inquiens me miseram: vbi est nunc amantissimus filius meus: vbi es fili mi dulcissime: vbi te inueniā: quis te mihi abstulit: cur non moriar pro te. Hec & hiis similia poterat dicere virgo mater Ihesu. Et cū illa ad locum vbi Ihesum videre poterant deuentū est: videntes eum sic ligatum: sic afflictum: consputū: & ab omnibus suis derelictum: despectum: & derisum: ac omni solacio & auxilio destitutum: non loquentem: non se excusantem: sic vituperabiliter: sic enormiter: & cum tanta multitudine armatorū: tam dire & crudeliter duci ad sistendum tribunali iudicis iniqui: & morti eum cōdempnandū: q̄nto dolore et amaritudine replete fuerint: nec dici: neq̄ aliquo sermone explicari posse. Dominus etiam videns matrem & alios in tanto dolore valde dolebat & ipse. Multum eni affligebatur ex cōpassiōe quam ad suos & q̄mmaxime ad matrem eius habebat. Sciebat eni ꝙ p̄ ipso vsq̄ ad euulsionē anime a corpe dolebant vt patebit infra articulo quinquagesimooctauo. Item seruorum qui cristum ad Pylatum duxerunt fuerūt quadraginta. Et de domo Cayphe vsq̄ ad domū Pylati fuerunt passus mille.

Documentum.

Ex illo articulo habemus documentū ꝙ potestas secularis nō est despicienda: sed honoranda. Non est eni potestas nisi a deo. Itaq̄ qui potestati resistit dei ordinationi resistit. Ad hoc dicit Augustinus. Deus homo stabat ante hominem Pylatum et nullum irreuerentie verbum locutus est. Sic & nos cum reuerētia stare debemus coram prelatis nostris & iudicibus: & etiam malis.

Oratio.

Ihesu qui coram Pylato cōstitutus false accusari voluisti. Doce me iniquorum fallacias euitare: & fidē christianam bonis operibus veraciter profiteri.

De falsis accusatio. Articulus.xxii.

Vicesimus secundus articulus est de falsis accusatio. Cum eni christus introductus esset ad Pylatum in pretoriū: & vinctus staret coram preside. Sequit in textu.

Iudei non introierunt in pretorium vt nō cōtaminarentur: sed manducarent pasca.

Reputassent eni se immundos iudeos si itrassent aligine domum. O impia cecitas ait Augustinus. Aligine iudicis pretorio contaminari timebant: & fratris animam innocentis occidere non timebant. O christiane iudei cauent se ab omni immūdicia vt comedere possint azimos panes: qui non conferunt gratiā. Multo magis qui corpus christi accipit panem celestem qui vitam dat eternam. Iudei non intrāt pretoria loca iudiciaria in festo: tu nō societates et tabernas quibus iudicia temeraria fiūt & effusio sanguinis per falsas oblationes. Super quo Symon de cassia ait. Vitabant iudei ex antiqua traditione in tali solennitate ingredi gentiliū edes: semp̄ iudei vilibus cerimoniis intendētes in magnorum malorū voraginem ceciderunt. Sequitur in textu.

Exiuit ergo Pylatus ad eos foras: & dixit iudeis quam accusationem affertis ad hominem hunc.

Sup̄ quo Symō de cassia ait. Ad sapiētiam presidis spectat: et cuiuslibet iusticiā presidētis reum oblatum non iudicare pro voto afferētium: nisi probabilis accusatio afferatur. Proinde solerter Pylatus hoc inquirit:

& ordinarie procedit in causa cum ab offerentibus reum aduersus eum accusationem exposcit: tum etiam quia legibus romanorum nemo condemnabatur nisi prius fuisset accusatus. Interea Pilatus admirans: & indigne ferans ꝙ propria autoritate hominem ligassent: aduc non conuictum coram iudicio. Ideo Pylatus videns Ihesum ligatum & a tot ductum non estimauit hoc argumentum esse inalterabile accusatiōis: et ideo interrogat. Vnde sequit

Responderūt & dixerūt. Si non esset hic malefactor non tibi tradissemus eum.

Sup quo Symō de cassia ait. Nō mouemur inuidia odio nō agitamur. Nec sumus i suo facto precipites: ante q̄m tradissemus discussimus & vidimus malefacta eius & maledicta cognouimus: nil aliud: sed sua maleficia tibi eum per te iudicandum tradere nos compellūt. Addentes. Nos examinauimus eum in concilio nostro: & inuenimus eum dignum morte quare non oportet aliam examinationem instaurare. Sic homines maliciosi coram iudicibus se iustificant: vt innocenti magis nocere valeant. Pylatus quasi indignatus ex eorum responsione: quia sciebat eos per inuidiam ipsum tradidisse: putās etiam eos tacere accusationem: quia in legibus eorum aliquod cōmisisset: & ideo legi eorum verbere puniendus esset: quod recusauit & iudiciū eius ad ipsos remisit dicens. Sequitur textus.

Dixit ergo illis Pylatus. Accipite eū vos & scd̄m legem vestrā iudicate eū

quasi diceret. Si sufficit vestra examinatio sufficiat & vestra sententia. Yronice et idignatus hoc dicens: quia sciuerat ꝙ neminem poterant cōdemnare. Vnde sequitur in textu.

Dixerūt ei iudei. Non licet nobis interficere quēq̄m: quia potestas ablata est nobis per cesarem.

Augustinus. Si malefactor est: cur non licet interficere. Si propter festum non licet interficere: cur crucifige crucifige eum clamatis. Pylatus ergo ex verbis eorum intelligens ꝙ non penam legalem: sed interfectionem christi peterent: voluit interfectionis causam audire. Vnde quia iudei viderunt Pilatum indignatum: ceperunt eum false accusare in multis: de quorum solū tria exprimuntur: que Lucas ponit dicēs.

Ceperunt autem eum accusare dicentes. Hunc inuenim9 subuertentē gentem nostram. Et ꝓhibentem dare tributa cesari. Et dicētem se christum regem esse.

Sed false erāt accusatiōes. Vnde dicebāt. Inuenimus: qa ꝙ ei imponebant: non erat rei veritas: sed hūana fictio & adinuentio. Non eni subuertit gētem a lege: qui non venerat soluere legē sed iplere. Nec subuertit sed cōuertit quos docuit in veritate. Nec prohibuit tributa dare cesari. Sed dixit. Reddite que sunt cesaris cesari. etce. Et soluit tributum pro se & Petro dans dydragma. Dicensq; se christum regē esse: et verum dixit: tamen regnum suum habere in hoc mundo noluit. Et cum sic accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus: nihil respondit quare dicit illi Pylatus. Sequitur in textu.

Non audis q̄ntū aduersus te dicunt testimoniū: & nō respondit ei ad vnū verbū sic in presentia iudeorum ita vt miraretur preses vehementer.

quia iudei cū tumultu irrationabili petebāt mortem christi: propter quod & cristus non respondit: scd̄m illud Eccli. xxxii. Vbi non est auditus non effundes sermonem. Intrans ergo Pylatus vt eum magis pacifice extra tumultum examinaret. Et primam accusationem nō curabat: quia gentilis erat: de lege ipsorum non curans: nec de secunda representans eam quasi manifeste falsam: qa forte audiuerat Ihesum dixisse. Reddite que sunt cesaris cesari. Sed de tercia curauit: dicens ad Ihesum. Sequitur textus.

Tu es rex iudeorum?

Ac si diceret Est hoc verū quod tibi a iudeis imponitur. s. ꝙ tibi vis vsurpare nomen regni contra regis romanorū decretum & statutum: quia imperatores romani nomen regni a iudeis abstulerāt vt frangeret eorum superbiā & tollerent rebelliandi occasionem. Sequitur in textu.

Respondit Ihesus. A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerunt hoc de me.

Ostendens hiis verbis Pylatum non scd̄m viam iuris procedere: quasi diceret: si hoc a meipso audisti pande signa rebelliōis mee: si autem alii tibi dixerunt: tunc ordinariam fac inquisitionem. Respondit Pylatus. Nunquid ego iudeus sum? quasi diceret. Non sum iudeus: & ita a me hoc non dico sed gens tua & pontifices tradiderunt te mihi qui deberent te defendere: vtiq; grauiter eos offendisti: ꝙ ita constanter te accusant: quid fecisti. Textus

Respondit Ihesus. Regnum meū non est de hoc mundo.

Vnde nō negat se regem & dominū dominantium. Si eni regnum meū esset de hoc mundo: ministri mei vtiq; decertarent pro me. Nunc autem regnum meum non est hinc. Cui Pylatus. Ergo rex es tu. Respondit Ihesus. Tu dicis. q̄si diceret: quia rex sum: & vt scias regni mei conditionem ad hoc

natus sum.s.natiuitate temporali: & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Et omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Ex quibus verbis colligitur q ad christi regnum duo requiruntur .s.veritas vt audiatur: & obedientia vt impleatur. Sequitur textus.

Cui Pylatus. Quid ē veritas.

Non querēs diffinitionem veritatis i se: sed que sit illa virtus cuius virtute & participatione homines efficiūtur de regno dei. Huius questiōis solutionem Pylatus nō expectauit: quia cū non esset de regno christi: nec se de spiritualibus intromitteret: ideo nō curauit de prosecutione questionis illius: tunc etiam nō expectauit quia contemnaturus erat veritatem: tum etiā quia audiuit tumultum eorum insurgere: eo q sic tardaret mortem cristi. Et ideo cum hoc dixisset exiuit iterum ad iudeos & dixit eis: vt sequitur.

Ego nullam causam inuenio in homine isto.

Crisosto. q̄m efficaciter allegat pro eo: quia nō sciuit: nec inuenit causā malicie. At illi quia deficiebant rationibus inualescebant vocibus aggregantes has duas accusationes simul dicentes: vt sequitur in textu.

Cōmouit vniuersum populum incipiēs a galilea vsq huc.

Et i hiis duobus accusatōibus accusationē suam totam retorquebāt in offensam cesaris cui afficiatus erat Pylatus: vt per hoc magis cōcitarent aduersus Ihesum. quomodo cōmouit populum qui pacis cōdidit testamentum. Mystice. Certe comouit populum salubri comotione: viam veritatis docendo: de qua comotione dicitur in Psal. Comouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius quia comota est. Pylatus autem audiēs galyleam misit eum ad Herodem: vt in sequenti articulo.

Documentum.

Ex hoc articulo datur documētum q caueamus ne et nos de falso vel false accusemus christum. Illi autem accusant cristum de falso: qui sibi falsum imponūt. Sicut iudei: pagani: heretici. Iudei imposuerunt q esset filius fabri.s.Ioseph: & q esset vorator carnium & potator vini. Item q demonyum haberet: & q subuertisset populum que omnia erāt falsa. Pagani imponunt sibi q fuerit purus homo & nō deus: & q impossibile fuit deum incarnari. Heretici imponunt sibi q non habuerit verum corpus sed fantasticum: & q non fuerit verus homo: sed apparēs: & reliqua. Sunt & alii qui accusant eū de vero sed false sicut mali christiani qui torquēt peccata sua in deum dicentes: deus hoc voluit: vel stelle fecerūt me peccare: & deus fecit stellas: sic deus fecit me peccare. False imponis peccatum deum verum quidem est q deus fecit te & stellas: & hec omnia bona. Sed hoc q deus creauit non cogit te ad peccandum: sed malicia tua voluntatis tue: ergo etcete. Ad cōformandum se huic articulo recogitet homo quomodo ille qui est ipsa veritas propter nos falsiditatibus calūniari dignatus est vt nos in veritate fundaret. Et sic vel consimiliter oret.

Oratio.

Ihesu qui pro me corā Pylato de multis falsis accusari voluisti doce me iniquorū fallacias euitare: & fidem christianam bonis operibus veraciter profiteri.



Missio ad Herodem. Articu.xxiii.

Dicesimustertius ar. ē missio ad herodē Cū eni audisset Pylatus ꝙ Ihesus homo galyleus esset: & de Herodis potestate. etce. q tetrarcha galylee fuit habens occasionem dimittendi eū. Sequit̄ in textu

Prepositū galylee: volens deferre ei: vt ipse do **Misit eum ad Herodem** minus galylee hominē galyleū vel absolueret vel condempnaret: declinans forum iudicum iuxta legem romanorum. Cumq; ita mititur Ihesus cōcursus magnus populorum eum sequentium. O domina qualiter ibas: aut quis te iurabat vt ires in tanta pressura. Certo exemplum doloris eras omnibus te christumq; amantibus. Et sequitur textus.

Non tanq̄m lucraturus aliquod vtilitatis: sed patiens nouā cupidinem credebat **Herodes autem viso Ihesu gauisus est valde.** videre quendam extraneū hominem. Et ex multo tempore cupiebat. s. ex tēpore decollationis Iohannis baptiste quando deus cepit publice predicare et miracula facere: qa multa de eo audiebat deposcit aliquod signum videre ab eo: non vt deuotus: sed vt curiosus & temptator: credebat eni christum nigromanticū vel ioculatorē. Ideo etiā non meruit videre aliquod signum. Hec missio bene inter articulos passiōis dominice cōputatur: quia specialis est pena cuiuslibet hois mitti ab vno iudice ad alium: q̄ntomagis ipsi Ihesu innocēti & dulcissimo. Interrogauit aūt Herodes Ihesum multis sermonibus vt in sequēti articulo. Item passus quibus Ihesus tam misere & despectus ducit de domo Pylati vsq; ad Herodem fuerūt ducenti: & econuerso totidem ab Herode ad Pylatum.

Oratio.

Ihesu qui ꝑpter me a Pylato mitti ad herodē minime formidasti. Da mihi queso bono animo ꝑpter te maiorū subdi impiis: ymo etiā impiis & alacri corde ad obedientiā sine mora cōcurrere Amen

Derisio ab Herode. Articu.xxiiii.

Dicesimusquartus articulus est derisio ab Herode. Cum eni Ihesus presentatus esset Herodi. Sequitur textus.

Fortasse an esset ille puer: i cuius ortu magys noua stella emicuit **Interrogauit illū multis sermonibus.** An ipse cecū a natiuitate illuminasset. Et Lazarum quadriduanū suscitasset: & huiusmodi. Aliq interrogant vt explorent: alii vt sciant: alii vt temptent. Et Herodes nō vt studiosus: sed vt criminosus. Nō sicut veritatis amator sed sicut temptator. Nō sicut lucratiuus quicq̄m veritatis: sed patiens nouorū cupiditatem. Propter hoc nec etiam signum aliquod coram eo fecit: vt infra: quia nolebat etiam ab ipso audire quid diceret. Et interrogando eum quasi de risorie se habens ad ipsum: & ei subsannans: sicut dicit Theophilus. Promittens si miraculum in presentia eius faceret ꝙ eū liberaret. Comminabatur etiam ꝙ si eū non honoraret in aliquo ꝙ ipsum adiudicaret voluntati malignantiū iudeorum. Et Ihesus qui cuncta ratione peregit: & qui teste Dauid sermones suos in iudicio disponit. Pium esse iudicat in talibus habere silentiū. Sermo eni ꝓlatus ei cui nihil ꝓficit condempnatiōis fit causa. Stabant autē principes vt in sequenti articulo.

Documentum.

Ex hoc articulo derisionis habetur documentū scd̄m Grego. vt quotiēscun q; auditores nostri nostra volunt quasi laudāda cognoscere. Non aūt sua peruersa mutare omnino taceamus. Ne si ostentationis studio verbū dei loquimur & illorū que erat culpa esse non desinat: & nostra que non erat fiat. Multa autē sunt que audiētis animū ꝑdūt maxime si auditores nostri: & semꝑ laudant quod audiunt & nunq̄m quod laudant sequūtur. Ad cōformandum se huic articulo rememoretur homo factum articuli: & sic vel consimiliter oret.

Oratio.

Ihesu qui ꝑpter me ab Herode derisorie multis interrogari sermonibus voluisti: nec ei ad vllum verbū respōdere curasti. Da mihi amore tuo quādo oportet sermones derisorios patiēter audire: meāq; iactantiā cum silentio declinare.

Accusatio corā Herode. Arti.xxv.

Dicesimusquintus articulus est accusatio delata corā Herode vt seq̄t i textu

Symon de Cassia vtinam alio verbo vsus euangelista foret: aut ille qui euangeliū de greco trāstulit in latinū **Stabāt autem principes & scribe constanter accusantes eum. etcete.** & dixisset ꝑtinaciter: nō cōstanter. Nam cōstantia nomē est virtutis: & virtus que non competit hominibus odiosis: aut ad mala conantibus. Pertinacia vero ꝓpriū est malorū que nomen est vitii: & ipsa vitiū donec malum ꝑficiet nō quiescet. Hii stabant constanter: vt christus morti protinus traderetur. Et velut filii mortis vitā nō sinebāt viuere suꝑ terrā Accusant corā herode maxime hoc aggrauātes: quō cōmouisset vniuersum populū incipiens a galylea. s. dominio Herodis vt hoc magis sibi assumeret anio: quia in suo dominio cōmotionem suscitasset. q̄muis eedē fuissent accusatiōes hic & ibi: hoc tamen fuit corā alio iudice: & noua in uexatio pene sibi infligebat̄: ꝑ tāto ille articulus diuersus ē a duodecio. Vnde ad istas accusatōes. tex.

Sed tacuit scdm Ambrosiū quia ipsorū incrudelitas nō merebatur

Christus ei nihil respōdebat nec accusatoribus.

audire diuinam veritatem. Et dominus tunc etiam iactantiam declarabat: cum noluit facere miraculū in conspectu Herodis: vt libenter vidisset. Ne etiā passionem suam impedisset. Et scdm Albertum. Elatio sua et curiositas non merebatur. Mathei septimo. Nolite sanctum dare canibus. Etiam quia dum verbū formari non possit sine voce nec ꝓferri. Sed Iohannes erat vox domini quē anno precedenti occiderat: et Ihesus verbum domini: ideo verbum dei. s. christum audire non erat dignus. Et tercio propter eius loquacitatem: vt daret exemplū accusationes vanas melius tacendo q̄m loquēdo vincere. Et quarto etiam quia Ihesus qui cuncta ratiōe peregit. etce. vt in precedenti articulo dictum est. Spreuit autem Ihesum Herodes cum toto suo exercitu: vt in sequenti articulo.

¶ Documentum.

EX hoc articulo accusatiōis trahit̄ documentum q̄ non omni loco: & tpe & quibuslibet veritas est manifestanda. Sed plerumq; silentium tenendū: vt supradictum est. Et ad cōformandum se huic articulo memoretur homo grauitatem ipsius articuli Et sic aut consimiliter oret.

¶ Oratio.

IHesu qui coram Herode constitutus pro me falsas incriminationes cōtra te pati: nec verbo aliquo refellere voluisti. Da mihi iniquorum nō frangi iniuriis: nec sacra mysteria ꝓpalare indignis Amē

¶ Despectio ab Herode. Arti. xxvi.

VIcesimussextus articulus est despectio ab Herode. Videns eni Herodes q̄ cristus signum non faceret: nec verbum aliquod ad interrogata responderet. Nec contra accusatiōes suas aliquibus responsionibus se defenderet: reputauit eum fatuum: & non sane mentis: ac per hoc spreuit eū: vt sequitur in textu Primo ꝓpter silentii firmitatē: nō per motus accusationibus iudeorum. Secun

Spreuit eū herodes cum exercitu suo.

do propter obprobrii copiositatem. Vilipēdit eni eum Herodes quem estimauit esse fatuum: aut mortis terrore pauētem: seu hominnē presumptuosum in suis moribus atq; vita: qui nunc velut imperitus defecisset in causa. Tercio propter mysterii ꝓfunditatem. Profundum eni contēplationis mentibus prestat: q̄ diuina sapiētia stultitiam: & potentia infirmitatem in terreno iudicio voluit reputari: vt ipse christus fieret obprobrium hominum: abiectio plebis: & derisio regū. Sicq; hodie sectatores christi a malis hominibus spernuntur: & ab eis fatui reputantur: signanter cum habeant caput iniquum: In regem eni iniquum etiam assistentes consentiūt Et qualis rex & latria eius. Hinc est q̄ Herodes cristo illusit cum exercitu suo ad tumultum obprobriorum accedit q̄ cum Herode illusit eius exercitus. Ihesum etiam hodie multum spernūt cum Herode qui signa fieri querunt: cōquerentes q̄ modo miracula ab eo non fiant: cum modo non sit tempus signorum sed operum. Vnde dominus. Habēt Moysen & prophetas ipsos audiāt. Modo autem preter hoc habemus & euangeliū: & apostolum & aduc signa querimus: nec euāgelium implemus sed spernimus. Hec despectio & illusio non incōueniēter specialem articulum passionis domini facit: dum quia valde etiam quilibet homo dolet dum se videt despectum ab aliis: et deludi: q̄muis simplex impotens & ydeota esset: q̄nto magis ille qui tunc optimus: omnipotēs: & sapientissimus erat illusus tan q̄m impotēs eo q̄ signum facere nollet. Tanq̄m insc ientem: eo q̄ nihil respondit: & tanq̄m insipientem: eo q̄ contra suos accusantes se non defendit. Induitur igitur veste alba: vt in sequenti articulo.

¶ Documentum.

EX hoc articulo despectionis trahitur documētum q̄ nos potius velle debemus a malis despici q̄m ab adulatoribus laudari sicut dominus noster vt dicit Gregorius. Augustinus. Eligebat apte a superbientibus despici q̄m a non credentibus vana voce laudari.

¶ Oratio.

IHesu qui ab Herode & exercitu suo pro me sperni nō spreuisti. Da mihi mundanum fastum pro te despicere: & iniquorum despectus pro iusticia non curare.



Illusio vestis albe. Articu.xxvii.



Vicesimusseptimus articulus est illusio vestis albe: que fiebat propter cõfusionis vehementiam. Vnde Symon de cassia. Non semper credendum est albedinem in sacra scriptura in bonam relabi partẽ: ymo etiam virtutũ signat carẽtiam: quã ob vestem qualis erat talis designatur Herodes eiusq; sequaces & virtutum varietate carẽtes alba vestis illa figurat quibus christo illuditur ad preiudiciũ illudentium. Magna illusio semper noscitur facta christo cum eius virtutes humano fasto respernuntur: cum contempnuntur ea que docuit: & que pro nobis tanta dilectiõe sustinuit: at.ꝑ fecit: vt in proposito sequitur ꝙ herodes nõ solum spreuit: sed illusit vt sequitur in textu.

Et hoc in derisionẽ: sicut fatui solent aliqua veste ludibria vti q̃ cognoscẽtur.

Illusit eum veste alba indutum.

Et fortasse tunc temporis derisorium fuit portare desuper vestem albam: que vestis veri similiter creditur staturam cristi excessisse. Et sic eũ sepius per impetum iudeorum corruisse. Sed q̃ntũcunq; Herodes hoc fecit in illusionẽ non tamen vacabat mysterio. Sicut et omnia alia gesta circa christi passionem. Vnde scd̃m Ambrosiũ. Hec vestis alba immaculate passionis indicia tribuens. Cum ipse sine macula totius mũdi peccata super se portauit. quam et hodie alba sacerdotalis representat cum reliquis indumẽtis: sacerdos totam christi passionem indicãs. quia noster pontifex cristus in sua passione omnibus pontificalibus erat indutus. Humerale eni suscepit quãdo velatus est a iudeis: albã ab Herode. Capsulam: vbi milites eum circũdederunt veste purpurea. Stolã et cingulũ vbi ad columnam ligatus est. Manipulum quãdo cum fune manus eius ligauerunt. Sed hunc soluerunt quando ei harundinem in dexteram dederunt. Et funus ille remansit pendens in sinistra. Ad hoc designandum manipulus portabatur in brachio sinistro: Coronam spineam habuit ꝓ mitra. Et harundinẽ in manu pro baculo pastorali. Cirotecas & sandalia cum manus & pedes sanguine rubricati fuerũt. Cirotece habent desuper aliquod monile rotundũ quod debet singulariter aliquod habere de rubeo: ad designandum stigmata christi. Hec & insignia pontificalia que in memoriam christi gestat pontifex in consecratione ecclesie vel altaris. In cuius etiam memoriale conficitur sacramentum altaris. Vnde ille qui talibus vtiẽ debet ea habere in intellectu per meditationem. In memoria per recordationem In affectu per compassionem. Et se domino ꝓ posse in apparatu: & in facto comparare: qui eni talia ferunt exterius nihil sentientes vel compatientes interius profecto christo illudunt. Et remisit eum ad Pylatum: vt in sequenti articulo.

Documentum.

Ex hoc articulo illusiõis sumitur hoc documentum: ꝙ omnes qui volunt pie & innocenter viuere scd̃m nouũ hominem illuduntur. Et ab aliis ꝓ fatuis habẽtur. s. ab hiis qui scd̃m veterem hominem viuunt. Sed propter hoc nõ debent turbari viri spirituales ymo potius gaudere: quia nouus homo saluator noster christus indutus alba veste que innocentiam significat illusus: & derisus est a filiis huius seculi aput quos alba vestis exprobrabilis est. Homo etiam nihil querat in vestibus non ornatum nec preciositatem: sed solum necessitatem: quia saluator noster in veste velut fatuus ẽ illusus. Et ad cõformandum se huic articulo regratietur homo deo ꝙ ipse nobis cum sua vestis illusione vestem innocentie conferre dignatus est. Et recogitet qualiter ipse sepe candidã vestem baptismalis innocẽtie quã cristus nobis pretulit peccatorum suorum maculis denigrauit. Et sic oret.

Oratio.

Ihesu qui pro me veste alba indui & vt stultus ab Herode illudi voluisti: Da mihi mundi huius prudentiã que stulticia aput te est cautius declinare: & ad te qui vera es sapientia pura mente peruenire



Remissio ad Pylatum. Arti.xxviii.



Vicesimusoctauus articulus ē remissio ad Pylatum. Herodes eni cum nō inuenisset in christo causam mortis illusum & in veste alba remisit ad Pylatum. In quo ipse consensisse probatur innocentie domini: quia eni fuit sibi missus tanq̄m homo sue dictionis cum non inuenit in eo causam debuisset eum absoluisse: & nō alieno iudice remisisse. Sed quia per hoc facti sunt amici Pylatus & Herodes. que quidē remissio bene specialem facit articulum: quia nouam fatigam cristo induxit: tum quia nota illusionis portando vestem albam rediit: tum quia Herodis cōsensum de sua voce secum detulit: quod aparuit signo: & facto. Signo quia in veste alba derisorie vel illusorie. Facto in amicicie cōfederatiōe. Nam illa die facti sunt amici Herodes & Pylatus vbi antea inimici fuerant adinuicem: vt sequitur in textu.

Remisit eum ad Pylatū.

que quidē amicicia Herodis & Pilati fuit signū ꝙ iudei & gentiles conuenirēt in persecutione christianorum. Vel etiam in bono: Isti duo populi ante mortem christi erant inimici: sed post mortem facti sunt concordes & amici in fide eius: quia ipse est pax qui facit vtraq; vnum. Et cum Pylatus vidit ꝙ Herodes remisit christum ad eum valde doluit: & cogitauit quomodo posset eum liberare a morte. Ideo conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe exiēs ad eos foras dixit eis. Obtulistis mihi hominem hunc: & reliqua in sequenti articulo.

Et facti sunt amici Herodes & Pylatus in illa die.

Documentum.

Ex hoc articulo habetur documētum: ꝙ tantam vim habet natura boni ꝙ respectu sui confederat etiam malos. Inimicicia enim respectu boni parit amiciciam inter malos. Vnde mali designantur per vulpes sampsonis qui caudas habent colligatas ꝙ omnes conuenerant aduersus dominū & aduersus christum eius. Vnde dicit Theophilus. Dyabolus vbiq; coniungit disiuncta vt christi peragat necē. Non timeat igitur iustus si viderit malos contra se colligari: quia hoc testatur in eo aliquod esse boni Et per hoc ipse conformatur christo contra quē omnes conuenerāt in vnum: etiam inimici. Ad cōformandum se huic articulo Recogitet homo q̄nta fatiga fuerit christo sic duci & reduci de iudice vno ad iudicem alium. Et si habeat cum aliquo inimiciam dimittat eam ex corde amore christi qui pro nobis in sua passione etiam malos aduersus se concordauit. Et sic oret.

Oratio.

Ihesu qui pro me ab Herode ad Pylatum remitti: ac per hoc inter eos amiciciam fieri voluisti. Da mihi iniquorum aduersum me colligantiam non timere: sed eorum potius exercitatione sic proficere vt tibi merear conformari.

Christi reprobatio & Barrabe liberatio Articulus.xxix.

Vicesimusnonus articulus est christi reprobatio. Cum eni christus reductus esset ad Pylatum. Pilatus conuocatis principibus sacerdotum & magnatibus & plebe. Exiens ad eos foris dixit.

Obtulistis mihi hominē hunc quasi vertentem populum. Et ecce eum corā vobis interrogans non inuenio causam in hiis in quibus eū accusatis neq; herodes. etcete.

Exiuit Pylatus pretorium ad iudeos foris stātes. Et hoc ꝓpter accusatorū excecatiōem. Vnde Symon de Cassia. Foris iudei stabant: quia legis interiora et secreta nō nouerant: & extra positi erant a lumine veritatis: et ab omni collustratione seu actione virtutis. Et etiā foris propter iudeorum cōfutationem. Vnde ad eos pylatus foras egreditur non velut ad huc eorum malis ascitus: sed enūciās mala in quibus populus ille a bonis stabat exclusus: & aperte sub diuo volebat eos reprimere ꝙ frustra loquebantur in christum quem innocentem reperierat inconclaui. Hec ille. Et etiā

tercio propter regnorum alienationem: Debuit eni regnum iudeorum ab ipſis alienari. Sequitur in textu: quod vlterius dicebat Pylatus ad iudeos.

Eſt autem vobis cōſuetudo: vt vnum vobis dimittam in paſca. Quē vultis igiť vobis eduob9 dimitti Ihesum an Barraban?

In hac optione propoſita elegerunt iudei Barraban. Et hoc propter euidentiam mētalis obſtinationis. Vnde Symon de Caſſia ait. Barraban Pylatus cum chriſto in optione dedit vt boni & mali comparatiōe facta: q̄muis inter bonum & malum comparatio vera non cadat: bono libertas malo ſuplicium adderetur. Et cum Pylatus ſpacium eligendi cōcederet: principes ſacerdotum & ſeniores populi perſuaſerunt populis: & cōcitauerunt turbam vt peterent barraban. Et exquirente Pylato quem vellent eduobus dimitti: petierūt barraban liberum fieri: chriſtum vero ſeua morte damnari. Vnde ſequitur in textu.

Tunc exclamauit vniuerſa turba Tolle hunc et dimitte nobis Barraban.

quid aliud voluit dicere iudeorū nephanda perfidia: q̄m occidať ille q ſuſcitauit mortuos: & dimittatur latro vt iterum occidat viuos. Et ideo hodierno die pacē habere nō poſſunt: quia ſeditioſum principē. ſ. dyabolum: qui vſq; hodie regnat in eis magis q̄m dominium eligere maluerunt. Sic ſunt aduc hodie qui magis nituntur ſaluare & etiā promouere malos hoies q̄m bonos. Et in multis electionibus & prouiſionibus Iheſus: ideſt vir bonus: et dignus: & dei amicus qui ſe & alios ſaluare vellet reprobatur: & barrabas latro inſignis: ideſt malus & indignus: & chriſti hoſtis qui ſe & alios in anima perimit eligitur. Nec leuis eſt ille articulus paſſionis. Si eni quilibet dolet q̄muis digniorem ſe preferri: q̄ntoplus animum chriſti ſauciari potuit: ꝙ tam ſceleratiſſimus & vilis homo ſe preferebať: vt illius vitam peterent & illius mortem. Et tunc erat hora quaſi nona. Vbi iam ceperūt iudei linguis crucifigere Iheſum. querente eni Pylato.

Quid tūc faciam de Iheſu qui diciť chriſtus? Dicunt omnes: crucifigatur

Voluit Pylatus pudorē tante iniquitatis incutere dicit. quid faciā de Iheſu. Nō ſolum autem hoc: ſed & menſuram colligere volens impietatis eorū. Illi autē nec hoc erubeſcunt: ꝙ Pylatus Iheſum eſſe confitebatur: nec modum impietatis ſeruāt. Vnde dicunt omnes crucifigatur. In quo multiplicauerūt impietatis ſue menſuram: vt dicit Origenes. Paulo ante coram Cayphe dixerūt. Reus eſt mortis. Nūc coram iudice genus mortis determinant. Crucifige crucifige eū dicentes: vt infra in q̄drageſimo articulo. Dixit illis Pylatus. quid eni male fecit. Et reliq̄ in ſequenti articulo.

Documentum.

Ex hoc articulo trahiť illud documentum ꝙ nos equanimiter tollamus ſi aliquando nobis preferantur infirmiores perſone humilioris conditionis quia latro chriſto prelatus fuerit.

Oratio.

Iheſu criſte fili dei viui: qui hora diei tercia ꝓ ſalute humana nō dedignatis a iudeis reprobari petentibus ſibi barraban latronē dimitti: te vero auctorem vite crucifigi. Da mihi te creatorem meum pre omnibus & ſemper eligere: ac pro nulla re creata vnq̄m reprobare.



Vestimentorum exucio. Articulus tricesimus.

Ricesimus articulus est vestimētorū exucio. Cum eni audisset Pylatus q̄ iudei peterent barraban dimitti: christum vero crucifigi: dixit illis: vt sequitur in textu.

Dixit illis Pylat9. Quid eni mali fecit? Nullā causam mortis inuenio in eo corripiam ergo illum & dimittam.

quasi diceret. Si qua cōmisit i vestris cerimoniis pro ipsis eū corrigam & dimittam. Hic icipit Pylatus istis verbis exorbitari contra iuris sententiā. Emendare eni se dixit innocentē. O Pylate. Si innocens est quomodo eum emendas nisi deuiando a iusticia. Et statim ingressus arripuit Ihesum: & cepit eum corripere illusiōibus que sequūtur. In primis seq̄t textus quod non modica iniuria est & cōtumelia hominem exui vestimētis suis & denudari

Exuerunt eum vestimentis suis: & etiam alba veste herodis.

Licet eni dominus nō fuerit natus ex illa infecta radice adē: ex qua erubescibilis facta est nuditas nostra: dicente primo parente. Timui q̄ nudus essem & abscondi me Genesis. iii. Ipse tamen quia suscepit infirmitates nostras siue peccata denudari erubuit: et tanto plus aliis pudicis virginibus q̄nto sua pudicicia incomparabilis fuit omnibus virginibus. Et cū iam denudatus esset Ihesus: apprehendit ipsum Pilatus & tradidit militibus suis: vt in seq̄ti articulo. Iosaphus. xix. antiquitatum dicit: q̄ christus ter flagellatus fuerit. Primo virgis quia cōmouit populum dando ei plagas quadragīta minus vna iuxta legē Deutero. vlti. Secundo flagellatus est vncis marinis: quia nouam doctrinā seminauit: ad instar angelorum flagellātium Heliodorum. ii. Macha. iij. Flagellauerūt eum flagellis: tanq̄m crucifigendum vt sequitur.

Documentum.

Ex hoc articulo habet̄ illud documentum: q̄ sicut christus exutus fuit vestibus: sic & nos exuamus tunicam: & nudemus conscientias nostras coram deo per puram & nudam confessionem peccatorū deponentes omne palium excusationis: quia nuda & aperta sunt omnia oculis eius. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo q̄m miserabiliter: & cum q̄nta iniuria & verecundia christus fuit exutus vestibus suis. Et sic vel consimiliter oret.

Oratio.

Ihesu qui pro me vestimētis tuis exui & ad flagella nudari voluisti Da mihi nuda peccatorum meorum cōfessione veterem hominem cū omnibus actibus suis exuere: & in cōspectu tuo me nudum a virtutibus nunq̄m apparere.



Flagellatio.

¶ Articulus tricesimusprimus.



TRicesimusprimus articulus est flagellatio Cum eni iam Ihesus denudatus esset. Apprehendit illum Pylatus. Et suis militibus eum tradidit ad flagellandum.

Id ē flagellari fecit scd̄m consuetudinē iudeorū Vnde Augusti.

Apprehendit illum Pylatus & flagellauit.

Vt iudei sauciati penis & obprobriis eius mortem vlterius sitire desisterent. Ligatur igitur qui soluere compeditos solet dominus ad columpnam vel statuā: que tam spissa erat vt manibus & brachiis christi cingi non potuit. Ipsi vero milites pecunia corrupti cum chordis eius brachia extraxerūt ꝙ omnes vene in brachiis ad summū aparuerunt. Et tūc conuocatis omnibus tota cohorte: vt dicit Marcus Ihesum sic ligatum & nudum cum virgis nodatis: flagellis: & iuncis marinis tam immaniter yerberauerunt ꝙ quasi carnem acuti extraxerunt: ita vt in pluribus locis ossa nuda videbantur. Et carnium suarū magna frusta in flagellis pependerunt. Stabat nudus coram omnibus amantissimus iuuenis eligans & verecundus silens ad omnia: vt agnus: speciosus forma pre filiis hominum: suscipit dura aspera & dolorosa spurcissimorum flagella. Caro illa innocentissima & tenerrima: mundissima & pulcherrima: flos omnis carnis: & totius humane nature: repletur plagis: liuoribus: et fracturis: vulneratur per totum corpus illud sanctissimum: a planta pedis vsq; ad verticem eius. Fluit vndiq; regius & preciosius sanguis de omnibus partibus corporis: supadditur: reiteratur: & spissatur: plaga super plagam: liuor super liuorem: fractura sup fracturam: ac sanguis super sanguinem quousq; tam tortoribus q̄m inspectoribus fatigatis solui iubetur a columpna. Vnde Bernhardus. Soluerunt Ihesum semel iā dorsum ad columpnam vertentes: manus super caput ligantes: vt denuo scd̄m ventrem percuterēt: necnō scd̄m verticem: vbi nec oculis: nec faciei iocundissime pepercerūt. quorum crudelitatem quidam pagani circumstantes considerantes occurrerūt & funes rumpentes soluerunt. Nec faciati tortores illi tartarei. Crines barbe sanctissime: & capillos capitis laniarūt: quo cum impletum est dictum Esaie. l. Corpus meum dedi percutientibus: & genas meas vel lentibus.

¶ De vulneribus in hac flagellatione.

SEd quot vel q̄nte plage vl' vulnera in hac flagellatiōe ei inflicte fuerint sciri non potest nisi per reuelationem: quia oportet ea esse quasi innumerabilia. Cum scriptū sit. Pro mensura peccati erit plagarum modus. Deutro. xxii. Et christus flagellabat pro nostris peccatis: que vtiq; innumerabilia sunt: quare & plage innumerabiles. quod Esaias voluit cum dixit. A planta pedis vsq; ad verticem nō erat in eo sanitas. Voluit eni cristus ideo flagellari: vt dicit Hieronymus: vt scriptum est. Multa flagella peccatoris: vt illis flagellis nos a perpetuis flagellis liberaret. Sicut pia mater cernēs patrem flagellantem filium protensis occurrit brachiis & flagellis exponit: vt filium protegat: & eripiat dilectum. Sic & christus: de quo illud verificatum est. Disciplina pacis nostre super eum: & liuore eius sanati sumus. Et postq̄m Ihesus flagellatus fuit illuserūt ei milites in multis: vt patebit in sequenti articulo.

¶ Documentum.

EX hoc articulo erit documentum ꝙ nos flagella dei libenter sufferre debemus vt vnusquisq; nostrum illud possit dicere Psal. quoniā ego in flagella paratus sum. Et merito: si vnicus filius dei paratus fuerit suscipere in se nostra flagella ex obedientia patris: cur & nos adoptiui non essemus parati sufferre flagella eiusdem patris: que ipse vel per se: vel per ministros suos medios nobis misericorditer infligere dignatur ad emendationem nostram.

¶ Oratio.

Iesu qui pro me ad statuā ligari atq flagellari voluisti. Da mihi flagella tue paterne correctiōis libenter susci pere: & peccatis meis te nunq̄m denuo flagellare.

¶ Purpure induicio. Articu.xxxii.

Tricesimussecundus articulus est pur pure induicio. Postq̄m eni dominus iā flagellatus fuisset solutus a colum na: ducunt eum sic nudum: sic flagel latum per domū pannis suis recoligendis: qui spar sim per domum ab exspoliatoribus proiecti fuerāt quibus tunc inuentis: & se Ihesus reuestire vellet: contendunt impiissimi quidā Pylato dicentes. Do mine hic se regem fecit vestiamus eum more regio. Idcirco illusorie insignia regalia ei adherebāt Con gregantes ad hoc totam cohortem miseri: ad plenū sibi illudere volebant anteq̄m eū morti traderent. Forte iubente Pylato: vel saltim permittente ad mi tigandum furorem: vt supra diximus. Vel etiam vt dicit Crisostomus. Isti milites talia fecerunt volen tes complacere iudeis pro pecunia. Primum igitur induebant eum purpura: vt sequitur in textu.

Sed antiq incon fusiōis augmen tum veste regali

Induebant eum purpura

que vtiq conueniebat tali corpori: vt puta toti san guine rubricato ex verberibus flagellorum. Vt im pleretur illud Esaie. liii. quare indumentū tuum & vestimenta tua sunt sicut calcantium in torculari. Hec questio fuit angelorū. Ad q̄m ipsemet ibidem respōdit. Torcular calcaui. quasi diceret scd̄m glo sam. Ego solus sustinui pressuram crucis: flagello rum: & omniū tormentorum passionis in quibus quasi prelio pressus sum sanguine proprio per totū corpus meum pro mūdi salute sum aspersus. Ideo etiam sibi bene conueniebat purpura: quia purpu ra fit ex sanguine conchilii: vel muricis: vt sic nihil in eo esset nisi sanguine tinctum. De post plecten tes ei coronam: vt in sequēti articulo. Christus au tem illo die triplici veste indutus fuit. s. alba: rubea & coccinea: q est inter rubeum & purpureum: ad designandum: q qui vult esse de christi familia de bet portare vestem albam innocētie. Rubeam cha ritatis & obedientie. Et coccineam penitentie.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo sumit illud documen tum: q nos peccata nostra operire de bemus operibus charitatis: vt sicut cri stus nostrorum peccatorum flagellis cruētatus: purpura cooperiri voluit. Sic & nos ope ra nostra cruenta: idest peccata cooperiemus purpu ra vernantis charitatis: quia charitas operit multitu dinem peccatorum. Vel etiam p purpuram signi ficatur memoria dominice passionis. Vnde in can ticis. vii. dicitur. Come capitis sponse: idest anime fidelis dicūtur esse sicut purpura regis: quia cogita tiones mētis nostre que per comes capitis intelligū tur versari debent assidue circa passiōem redempto ris: vel etiam circa opera charitatis. Et ad cōforman dum se huic articulo: & septem aliis sequentibus il lusionū articulis. Recogitet homo factum cuiusli bet articuli cum aggrauatiōibus suis. Et oret sic vel consimili modo.

¶ Oratio.

Iesu qui veste purpurea illusorie p me indui voluisti. Da mihi iugē tue passionis memoriam inducere & pec cata mea charitatis purpura operire.



Corone impositio. Articu. xxxiii.

Tricesimustercius articulus ẽ corone spinee capiti ipositio. Pro dyadema te eni regali: vel corona ad modũ pi lii vt aliqui dicunt. Vt sequitur in tex tu scd̃m Iohannem.

Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius.

Plectentes com plicando seu pli cãtes idest cõpo nẽtes cõnectan do. Coronã: id est sertũ ad modum corone capitis. De spinis: hoc est de iuncis spinosis: & aculeatis valde acutos an golos habentibus. Imposuerunt capiti eius reueren dissimo: & tenerrimo: aculeis ad caput versis yt pe na pũctionis cumularetur probro irrisionis. Vnde Bernhardus. Caput illud diuinum densitate spina rum vsq; ad cerebrum confixum fuit: ita vt sanguis ex capite tractus: frontem: genas & collum perfun deret. In corona eni illa fuerũt septuagintaseptem sentes: quarũ quelibet habuit tres acies: que fecerũt sibi mille vulnera. De hiis spinis dictum erat pri mo homine. Terra spinas & tribulos germinabit tibi: quia terra nostri corpis peccata germinat: que suis aculeis conscientiam nostram sicut spine pun gunt. Has ergo spinas christus suscepit portandas pro corona victorie. Solent eni victores arma deui ctorum hostium pro signo victoriali gestare: et de hiis gloriari. Ipse ẽ eni agnus dei qui tollit peccata mundi. Idcirco spineam coronam vtpute victoria lem in suo capite gestare dignatus est. In ista coro na videre regem nostrum desiderabile est omni ani me amanti. Vnde ad hoc spõsa in canticis omnes fideles animas euocat dicẽs. Egredimini filie syon & videte regem salomonem in dyademate qua co ronauit eum mater sua: idest synagoga. Ad litterã. Vel mater sua: idest charitas q̃ntum ad tropum. Vn de Bernhardus. O bone Ihesu amor tuus: & iniqui tas nostra fecit te flagellari. Huius figura ẽ: ꝙ Abra am vidit inter spinas cornibus arietem. In qua visi one christum enigmatice spinis coronatũ aspexit. Et tunc dederunt ei harundinem: yt in sequenti arti culo.

Documenta.

Primum documentum illius articuli est ꝙ nos peccata nostra per recorda tionem semper in mẽte portemus: su mendo coronam spineam: idest festi nando coronari vita: arta abstinentiis in puritate cõscientie: sicut christus spinas peccatorum nostro rum in suo capite portauit. Secũdo vt sic conemur coronari spinis temptationũ. quelibet eni temtatio nos impugnans est quedam spina caput mentis no stre pungẽs: quam dum homo superat tot gemmas preciosas ad suam coronã cõparat Canti. ii. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Con formatio yt in reliquis.

Oratio.



Ihesu qui spinis coronari voluisti fac me penitẽtie spinis sic digne cõpũgi yt a te merear in celestibus coronari.

Harũdinis in dextra positio. Articulus tricesimusquartus.



Tricesimusquartus articulus ẽ harun dinis in dextra eius pro sceptro rega li positio. Vnde dicit Matheus conse quenter in textu.

Et harundinem in dextera eius dederunt.

Dederũt eni ha rũdinem in dex teram eius ꝓ sce ptro regali. Per hoc significãtes regnum quod sibi vsurpauit: dicendo se regem. In modum harundinis esse vacuum & infirmum: nõ attendentes ꝙ ipse dixerat regnum suum non esse de hoc mũdo: quod est transitorium. Et hic finit ter cius actus illusiõis militum. Hec sunt tria regalia insignia contumeliose & in derisionẽ sibi impen sa: yt reus ostendatur lese maiestatis: eo ꝙ regnum sibi vellet vsurpare: nec posset obtinere. Sed ꝙ ipsi sibi in contumeliam & confutationem exagerant suam sublimitatem & gloriam manifestat. Vnde Hieronymus. Calamum tenebat in manu: yt sacri legium scriberet iudeorum. Et ostẽderet se esse illũ qui electos suos scriberet in libro vite. Et Hylarius. Idcirco dominus noster harũdinem in dextera sua tenere voluit: yt ꝑ hoc ostenderet se nos fragiles va cuos & infirmos manu tenere: & omnibus bonis implere.

Documentum.



Ex hoc articulo habeẽ illud documen tum: yt nos attendere debeamus nos ex nobis esse infirmos ac fragiles: ac omni bono vacuos: nisi dextera dei manu nos teneat. Sicut harundo que in se habet va cuitatem & imbecillitatem. Sed manu cristi appre hensa firmatur.

Oratio.



Ihesu qui harundinem pro sceptro in dextera tibi dari voluisti. Imbecillita tem queso meam dextera tue potẽtie sic sustẽtare digneris quatinus in me regnum tuum iugiter confirmetur.

Irrisoria salutatio. Articulus xxxv.



Tricesimusquintus articulus ẽ adora tio & irrisoria salutatio Cum eni mi lites insignia regalia ei adhibuissent Sequiẽ in textu.

Genu flexo ante eũ illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorum.

quasi dicerent. voluisti regnare sed nõ potuisti: Vnde dicit Beda Adorabãt eum

quasi q deū seipsum falso dixisset. Et salutabāt eū tanq̄m qui seipsum falso regem dixisset: quod fecerunt vt illorum delusio corresponderet iudeorū accusationi: quia in vtroq; accusabatur a iudeis. Detestabilis mentis affectu hoc faciunt: quia cōpungentes coronant: ac illudentes adorant & salutant. Et hoc etiam propter rigorem confusionis. Vnde Symon de cassia. Ministri ad exagerationem tanti obprobrii: atq; vilitatis impositi: geniculāt ante christum preter id q̄ more puerili christum subsannant & deludunt. Illudūtq; minatice vt nihil desit aspernationis atq; dedecoris. In huius rei figurā nō flectimus genua die parasceues quando oramus ꝓ iudeis. Et licet gentiles hoc facerēt tamen iudei luent qui tanti criminis autores erant. Perinde dabant ei alapas: vt in sequenti articulo. Et hic quartus actus illusionis militum figuratus est Genesis ix. ca. Vbi Noe cum dormisset in tabernaculo: quia Noe christum significat quem iudei deriserūt. Et filii in q̄rto libro Regū secundo: vbi Heliseo ascendente montem bethel: occurrerūt pueri clamantes: subsannantes: & dicentes. Ascende calue. Ascende calue. Vnde Psal'. Omnes videntes me deriserūt me. Et Treno. i. Factus sum in derisum omni pp'lo. Et Esa. i. Blasphemauerunt sanctum israel.

Documentum.

Ex hoc articulo habetur documentū: q̄ nos caueamus ne christū falso adoremus vel salutemus. Falso autem cristum adorāt vel salutant: vt dicit Rabanus: qui eum credunt: sed falsis & peruersis actibus cum despiciunt: ore eum cōfitentur: sed factis negant. Item falso adorent vel salutent qui inter orandum aliquid quod est cōtra diuinum honorē pertractant. Item & illi qui in ecclesiis signa deuotionis ostendunt: & postea iniurias christo graues in membris suis faciunt.

Oratio.

Iesu qui pro me genu flexo a militibus. Aue rex iudeorum dicentibus irrisorie adorari et salutari voluisti: da mihi te deum meum verum adorare in spiritu & veritate: ac te solum regē venerabiliter salutare.

A militibus alapisatio. Arti xxxvi.

Tricesimussextus articulus est a militibus alapisatio. Vnde vt illuderent factis sicut illuserūt milites signis & verbis. Sequitur in textu.

Dabant ei alapas in augmentum derisionis.

Et hoc ideo vt ipso ope ostenderent illusorium esse q̄ ei talē honorē exhibebāt In hoc eni illusionem suam magis despectiuā fecerunt quia velut adorātes deum: & salutantes regem eum alapisauerunt. Et differt illa alapisatio ab illa de qua habitū est supra nono articulo: quia illa fuit in domo Anne. Ista vero in pretorio Pylati. Secūdo quia ibi dicitur vna alapa quā dabat ei vnus ministrorum. Hic autem plures alape sibi a diuersis dabātur. Tercio quia illam alapam dedit vnus iudeus: sed istas dederunt milites & gentiles. quarto quia illa alapa dabatur causa vltionis. Iste autē dabantur causa illusionis: quapropter non immerito hec alapisatio articulum facit specialem & distinctum ab illo. Et tunc in faciem eius conspuebant: vt in sequenti articulo. Sicq; etiam documēta in sequentibus sumi debent.

Oratio.

Iesu qui ꝓ me a militibus alapis cedi voluisti fac me ore & vita semper tibi plaudere: aliorum etiā opera q̄muis mala in bonum mihi cooperari.

A militibus conspuicio.
Articulus tricesimusseptimus.

Tricesimusseptimus articulus est a militibus conspuicio per quam iterum sputarum fedationem patet immanitas superius dicte coronationis. Illudentes eni ei milites. Sequitur in textu.

Conspuebant in faciem eius. Et conspuebāt eum scd̄m Marcum.

Sicut persone viles & cōtemptibiles. Ex quo apparet q̄ iste dicūtur milites: non scd̄m nomē milicie presentis tēporis quo generosi & nobiles qui & eqtes nominātur de calcaribus deauratis. Tales eni nobiles persone non illuderūt: nec conspuerūt nec crucifixerunt: neq; vestes crucifixi diuiserunt sibi: quod ad carnifices potius pertinet. Sed dicunt milites scd̄m antiq̄m cōsuetudinē & seruiētes pedites. Sicut patet in gestis Iulii cesaris vbi milites ab eqtibus distinguūtur: vbi p̄ milites hic intelligūtur viles persone stipendiati. Carnifices qui nullā perhorrescunt insolentiam. Et dicti milites a fortitudine: nō nobilitate. Erant eni robusti corpore: & ad omne malum expositi. De quibus Theophilus dicit q̄ in istis illusionibus militaris vana gloria semper inordinatis gaudens obprobriis sibi proprie ostendebat. Differt autem iste articulus ab articulo decimoquarto: quia illud fuit in domo Cayphe coram iudeis & a iudeis. Istud autem fiebat in pretorio Pylati a militibus coram Pylato & cohorte. Et illa erant sputa iudeorum: ista vero sputa gentilium. Et percusserunt caput eius harundine: vt in sequenti articulo. Documenta sunt eadem vt supra

Oratio.

IHeſu q pro me a militibus in faciem tuam delicioſam cōſpui voluiſti: da mihi faciē tuā in ſacramento euchariſtie ſumptione indigna nō polluere: & conſcientiam meam immundis cogitationibus non fedare.

Capitis percuſſio. Articu.xxxviii.



QRiceſimuſoctauus articulus eſt capitis cū harūdine percuſſio ꝓpter maiorē obprobriorū penalitatem. Nam viles pſone ſolent baculo percuti ſicut beſtie: vtq̧ ſpinee corone fortius infigerēt Sūt eni in illis partibus harundine bene magne & groſſe in modum baculi quo canes etiam verberātur. Ideo ſequitur in textu ſcd̄m Marcum.

Et percutiebāt caput ei⁹ harundine.

Ad magnā vilificationem hoc fecerūt quaſi dicerēt. O tu vilis homo vt quid te regem facis Et in hoc fiebat ei ſicut furi qui fune capite circumpoſito torqueretur vt recognoſcat mala que fecit. Et ſic funis conſtringitur vt ſe amplius ꝓfundet: vel grauius torqueat. Sic & Iheſum coronatum harundine percutiebant. Percutiebāt caput harundine pauendum demonybus: tremendum ac reuerendum celorum virtutibus. Et venerandum ſanctis omnibus caput benedictū in ſecula: a quo omnis benedictio: non ſolum in barbam: verūetiam in oram veſtimenti totius eccleſie manat. O miſeri quomodo vobis aduc tremēdum apparebit caput illud quod nunc ſic percutere non formidatis. Et tunc ſanguis p aculeos corone de capite extractus: & largiter fluens tinxit caput & genas eius ita vt appareret quaſi leproſus: quia ſanguis & ſputa appoſita faciebant eum leproſo ſimilem. Et exiuit iterum Pylatus foras ad populum iudeorum vt in ſequenti articulo.

Documentum.

EX hoc articulo trahitur documentum q & caueamus ne & nos chriſti caput cum harundine percuciemus. Vt illi qui diuinitatem eius impugnant & eum deum eſſe verum denegant. Similiter & illi qui per vacuam & ocioſam vitam ſuam criſtum offendūt qui eſt caput noſtrum a quo in omnes ſenſus vitales operationes defluūt: qui operum noſtrorum exempla nobis prebuit. Vnde i quolibet ocio cum adeſt nobis oportunitas bonum faciendi: homo ocioſus chriſtum quaſi in capite percutit: ita vt ex tali percuſſione & ſpinarum punctiōe ſanguis de capite chriſti emungatur. Hoc eſt quod chriſtus dolet & pungitur vſq; ad ſanguinē de ocio noſtro quia videt q exempla ſua nō fructificant in nobis

Oratio.

IHeſu qui nobile caput tuum pro me harundine percuti voluiſti: da mihi te caput noſtrum per inanem vitā nō offendere: ſed iam placidis tibi moribus ſemper deſeruire.



Flagellati ostentatio. Articu.xxxix.

Tricesimusnonus articulus est flagellati ostentatio. Cum eni milites eum taliter adoptassent. Sequitur textus scdm Lucam.

Exiuit iterum Pylatus foras ad populum iudeorũ & dixit eis. Ecce adduco eum vobis iam castigatum nullam inueniens in eo causam. Emendatũ ergo eum iam dimittam.

Ad hoc dicit Symon de cassia. Pylatus dicens nullam i eo causam inuenio vt omnis nota criminis auferatur et nihil includit quia vniuersalẽ negationẽ inducit: & hoc propter liberationis diligentiã. Et in eo habitu illũ ostẽdit i quo illusus ẽ a ministris: vt salti sic quiescant videntes eum plenum miseria & obprobriis. Vnde hanc ostentatiõem fecit Pylatus sciens ꝙ eius inimici hec ludibria libenter viderẽt: ac per hoc eius sanguinem vlterius non sitirent: quare dicit eum iam emendatum per huiusmodi velle dimittere. Vnde sequitur in textu.

Exiuit ergo Ihesus portans spineam coronã: & vestem purpuream cum sceptro harundineo.

Ecce q̃mlamẽtabile speculum. Exiuit inq̃m vt ait Augustinus nõ clarus imperio: sed plenus obprobrio. Vnde dicit eis Pylatus. Sequitur textus.

Ecce homo.

quasi diceret secundum Augustinũ. Si regi inuidetis iam parcite quia deiectum videtis. Flagellatus est: spinis coronatus: ludibria veste amictus: amaris conuiciis illusus: alapis cesus: quia ergo feruet ignominia frigescat inuidia. Sed non frigescit ardescit potius & increscit. Ecce q̃mmagna ptinacia iudeorum in procurando mortem christi. Nam obstinata nequicia nõ emollitur misericordia. Maior inter omnes illusiones fuit ista ꝙ inimici sui talia in eo ludibria in eo conspexerunt. De quo non paruum gaudium habuerunt. Neq; in hiis cõtenti cum eum sic punitum & illusum vidissent: & cognoscerent ꝙ pylatus sic volebat dimittere eum. In nullo compatientes ei: nec Pylati excusatiõe placati clamabant tumultuose: & ad clamandum excitabant dicẽtes. Crucifige crucifige eum: vt in sequenti articulo.

Documentum.

Ex hoc articulo sumitur documẽtum ꝙ nos christum illusum ante mentis nostre oculos habeamus: vt in vestitu exteriori habitu vel aparatu nõ vane gloriemur: quoniã dominus noster in veste illusus est. Et maxime in hoc sequi christum debẽt religiosi & monachi qui christum illusum representant in habitu: tonsura: et ferulis. Habitus eni monachalis despectibilis est & quasi illusorius hominibus mũdanis. Corona autem capitis monachalis representat coronã spineam. Baculi seu ferule quos antiquitus monachi portare consueuerunt: representãt harundinem. Et sicut christus non dedignabatur habitu illusorio populo iudeorum ostendi sic non erubescant monachi: & alii mundi contemptores: qui scdm apostolum spectaculum facti sunt mundo in habitu contemptibili. Et insigniis regalibus illusoriis predictis christum regem ymitari.

Oratio.

Ihesu qui cum illusionis insigniis ꝑ me iudeis ostentari voluisti. da mihi ostentationem vane glorie deuitare: & eisdem insigniis iam mysticis ante conspectum tuum in extremo iudicio apparere.

Crucifige crucifige. Articulus.xl.

Quadragesimus articulus est iudeorũ crucifige crucifige aclamatio Cũ eni pontifices & ministri vidissent sic indutum: sic illusum flagellationis correctione & obprobriorũ non contenti. nec Pylati excusatione placati clamabãt dicẽtes scdm Iohannem vt sequitur.

Crucifige crucifige eum.

Ingeminant crucifige ꝓpter desiderii vehementiam. Et quia voluntate & opere eum crucifixerũt. Rabanus. Salubrius geminassent illud Psal. Miserere mei deus miserere mei. Et illud Iohelis. ii. Parce domine parce populo tuo & ne des hereditatem tuam in obprobrium & dominentur in eis nationes Erat autem hora diei tercia quando hoc clamabant Et tunc iudei eum linguis crucifixerũt scdm Augustinum. Et scdm hoc intelligendum est quod dicit Marcus hora tercia crucifixum esse dominũ verissime ostendẽs magis fuisse christi necatrices linguas iudeorum q̃m manus militum. Vnde bene iste clamor debet esse specialis articulus passiõis. Petierũt eni crucifixionem que tante cõfusionis erat vt nullus amplius de crucifixo memoriã haberet nisi in maledictionem: ita vt nullus vnq̃m auderet nominare de cetero: quod cõqueritur christus. Sicut aqua effusus sum dicẽs. De oĩ liquore odor remanet i vase excepta aqua. Ita et in psalmo de ipso dicitur. Vter in pruinis. Vnde & Sapientie secũdo in persona iudeici populi dictum est morte turpissima condemnemus eũ. Et Hiere. xi. in persona domini. Cogitauerũt super me consilia dicentes. Venite mittamus lignum in panem eius: idest crucifigamus eũ. Cerne o anima fidelis quomodo nunc tam misere & contumeliose vestitus & coronatus: & cum sceptro incedit. Et quomodo facie demissa stat coram tanta multitudine vociferante: & clamante crucifi

ge crucifige: ac eum semper deridente & sibi insul tante quasi sapientiore eo fuerit. Et sic non solum dolores & penas: sed etiam cōtumelias & terrores recipiebat ab eis. Sequitur textus.

Hoc dixit Pylatus ꝑpter instructionem iudiciarie autoritatis: vt. s. iudices prudēter & diligenter procedant in causis.

Tunc dixit illis Pylatus. Quid eni mali fecit? ego nullam causam mortis inuenio in eo.

Sed heu quis modo iudicum tam diligenter laborat pro redemptione hominis innocentis quē admodum & Pylatus pro christo. Et reuera si Pylatus hodie viueret quot & q̄ntos iudices in iudicando iuste precelleret: pontifices: seniores: sacerdotes & omnis turba iudeorum fuerunt contra christum & tamen Pylatus hoc non curauit: sed diu & repetitis vicibus ipsum eripere nitebatur: vnde addit & dixit. Sequitur textus.

Hoc dixit prio propter respōsi onē iudeice presumptuositatis. Simon de cassia

Accipite eum vos & crucifigite eū scđm Iohannē

In hoc iudeorum supbiam retundebat que intantū excesserat vt iudici & presidi dictarent contra christum detestabilem modum pene. Secundo propter ereptionem innocue humanitatis. Vnde Crisosto. Ducebant eum vt cum presidis iudicio hoc fieret. Contigit autem contrarium iudicio presidis eū absolui: cōtinuo eni eum ab accusatiōibus eū eruit. quod eni dixit crucifigite eum: vox execrantis fuit hoc verbum: & ad rem non concessam illis impellentis. Dixit etiam hoc tercio propter absolutionē proprie potestatis. Voluit eni se ab eo absoluere. quod dum iudei hoc intellexissent terciam accusationem vltra alias duas supra articulo tredecimo apposuerunt dicentes. Textus.

Hoc dictum fuit ꝑpter falsitatis notificationem In hoc eni manifestatur falsitas acccusatiōis: vn

Nos legem habemus & scđm illam legem debet mori: qa filiū dei se fecit.

de ait Symon de cassia. Si verba referātur ad intentionem: aut intētio retorqueatur in verba mentiuntur iudei: & eorum eis mētitur iniquitas. Mon eni christus filium dei se fecit ex tempore qui ab eterno non factus sed genitus est ex patre: sed tantum hominem autumabāt deitatis vnione negata. Nec cristus aliquādo vt homo se asseruit dei filiū: sed quia homo propter nos factus erat filius dei non in aliquo deitate mutata: sed in melius pro nobis humanitate assumpta. Sequitur textus.

Nō legem eorū sed ne filiū dei occideret timuit etiam ꝑpter sermonis excellētiam quia sermo

Cum ergo audisset Pylatus hunc sermonem magis timuit.

supra sensum & humanum intellectum erat ꝙ homo esset vel se faceret filium dei: quod si verum vel nō verum esset timuit ne inique iudicaret. Vnde Beda. Non timuit quia legem audiuit quia alienigena erat sed magis timuit ne filiū dei occideret. Vnde sequitur.

Tunc iterū ingressus Pylatus pretoriū vocato Ihesu dixit. Vnde es tu?

Vnde es: idē vnde duxisti originem: quia voluit scire ab eo si esset filius dei. Vel de genere deorum quod ei facile ꝑsuadere potuit cum esset gentilis: qa gentiles multos homines deorum filios arbitrabantur. Sequitur textus.

Ihesus autem responsum non dedit ei.

Propter difficultatem questiōis quā Pylatus nō sufficiebat capere Esaie. liii. Generationem eius quis enarrabit: Et etiam ne peccatum eius grauaretur. Et silr ne christi passio impediret. Corinth. ii. Si cognouissent deum glorie nō crucifixissent. Intellige de Pylato: qa iudei satis sciuissent si voluissent. Sequitur textus.

Dixit illi Pylatus. Nō loqueris mihi: nescis quia potestatem habeo crucifigere te & dimittere te.

Ex qbus verbis videteq̄liter seipsum Pylatus cōdemnauit Vnde Crisosto. O Pylate hoc verbo te metipsum cōdēnas. Si eni hanc potestatem habes. Cur non liberū abire dimittis quem totiens causaueras innocētem esse. Si potestatem gloriaris habere. Nunquid christus tibi dicere potuit. Ex ore tuo te iudico serue neqūm. Luce. xix. Et tunc ad reprimendā Pylati iactantiam. Sequitur in textu.

Respondit Ihesus. Non haberes aduersuꝫ me potestatem nullam nisi datum tibi esset desuper.

Primum a deo a quo omnis potestas est. Et secūdario a cesare. Proprie enim filio suo non pepcit deus. Et oblatus est quia voluit. Et in hiis verbis arguit Pylatū peccatum implicite: quia neq deus: neq augustus ordiñauerat ad puniēdum innoxios: sed ad redimēdum: atq defendendum. Ihesus tamen ostendit peccatum Pylati minus esse q̄m iude & iudeorum dicens: vt sequitur in textu.

Propterea q tradidit me tibi magis peccatū habꝫ

quia Iudas motus fuit cupiditate: iudei inuidia & liuore. Pylatus vero timore cesaris: & fauore iudeorum. Magis autem peccatū est inuidendo q̄m formidando peccare: quia timor excusat a tanto: sed non a toto. Et exinde: idest ex hac causa quasi rationabiliter cōuictus de peccato querebat Pilatus dimittere Ihesum: sicut astutus: videns ꝙ eum notasset de peccato si innocētem occi

deret: querebat oportunitatem dimittere eum: sicut & antea fecerat in fori declinatione: et iuris allegatione. Iudei hoc considerantes ad primam accusationem redeuntes vrgebant & clamabant dicentes Si hūc dimittis non es amicus cesaris: vt in sequenti articulo. Item populorū qui exclamauerūt. Crucifige crucifige fuerunt octuaginta milia. De quibus Petrus semel cōuertit tria milia Et post hoc paulus apostolus quinq3 milia ad fidem.

¶ Documentum.

EX hoc articulo habemus q̄ nō refert q̄ntum ad culpe intentionem occidere hominem lingua vel gladio. Vnde Psal. Lingua eorum gladius acutus. Et loquitur ad litteram de iudeis clamantibus crucifige. etce. Super quo Augustinus. Noli attendere inermes manus: sed os armatum: inde gladius processit quo christus occideretur. Caueant ergo detractores: & proximorum infamatores ne exacuent vt gladiū linguas suas: quia sicut gladius corpus: sic lingua famā hominis perimit. Prouer. xvii. Mors & vita in manibus lingue. Item est documentum q̄ non semper respondendum est ad quelibet interrogata. Nam trina vice iam christum tacuisse percepimus. Primo coram pontifice. Et hoc contra contumelias: vt nos pacientiam doceret. Secundo corā Herode contra questiones curiosas: vt nos nō vana doceret sed vera inuestigare. Et tercio coram Pylato hic: contra laudes quia noluit gloriari de deitate vt nos verā laudem sequi doceret. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo q̄m terribiles fuerunt illi clamores iudeorum. Et rememoretur an ipse vnq̄m iniquis hominum iudiciis aut oblocutionibus seu detractionibus cōtra proximum p̄ consensum clamauerit: & sic vel consimiliter oret.

¶ Oratio.

IHesu qui pro me terribiles iudeorum voces crucifige crucifige clamātium audire non expauisti. Da mihi inimicorum meorum verbis execrabilibus non terreri & lingua mea nocumentum proximo non inferre. Amen.

¶ Ad tribunal adductio. Articu. xli.



QVadragesimusprimus articulus ē ad tribunal adductio. Cum eni iudei p̄cepissent q̄ Pylatus vtiq3 cum vellet dimittere vt superius diximus ad primam accusationem redeuntes vrgebant & clamabant: vt sequitur in textu.

Si hunc dimittis non es amic9 cesaris Omnis eni qui se regem facit contradicit cesari.

Hoc dictum fuit primo p̄pter pertimescētie p̄prietatem: vt. s. iudei incuterent Pilato timorem Vnde Symō de cassia. Ad omnia mala comenta iudei se conferūt. Et adinuentiones falsas inueniunt: vt christum deleant super terram. Et ideo Pylatus cum audisset minas sibi inferri a populo de cesaris indignatione: aduc cepit plus timere: quia non potuit contemnere cesarem auctorem potestatis sue quēadmodum gentis aliene: vt dicit Augustinus. Sequitur textus.

Adduxit ergo foris Ihesum & sedit pro tribunali: vel in tribunali.

Vt manifeste iudicaret ita q̄ sententia mortis cristi non imponeretur sibi: sed iudeis. Et tunc erat quasi hora sexta: vbi tunc sedente Pylato pro tribunali: vel in tribnnali. Sequitur textus.

Misit ad eum vxor sua dicēs: nihil tibi & iusto illi.

quasi diceret nō itromittas te de morte eius. Multa eni passa sum p̄ visum hac no

ete propter eum. Vbi dicit glosa. Dyabolus aduertens per mortem christi perditurum se regnū suum: penituit q, eum comprehēdi fecerat. Et ideo immisit visionem huic mulieri vt p eam mors christi impediretur. Sicut prius per mulierem mortem intulit mundo. Tunc Pylatus iussit sisti iudicio Ihesum Et dixit iudeis: vt sequitur in textu.

Prius dixit. Ecce homo. Ignominiam suā demōstrans: vt eos ad miserandū moueret. Nunc vero vt eos magis moueat yronice eis insultans dicit. Ecce rex vester. quasi diceret. Erubescere deberetis q, flagellatum hunc illusum et abiectum formidatis esse regem. Illi autem clamabant. Textus.

Ecce rex vester.

quasi dicerent Abiicies eum a cōspectu nostro grauis est eni nobis ad vidēdum Vel aufer eum de medio & interfice eum: explicantes genus mortis addiderunt crucifige. Et quia totiens clamauerūt crucifige: ter cantatur agnus dei in missa. Et tres dicuntur collecte. Tunc dixit illis Pylatus: quasi subsannando volens de ipsorum ignominia eos frangere: quos christi ignominia nō potuit mitigare. Sequitur textus.

Tolle tolle eum crucifige eum.

Ex quo patet q̄ntum sitiebāt cristi mortem degeneres iudei: ob cuius mortē procurandam sponte se subiiciūt et obligarunt subiectioni romanorum: quod antecedenter nunq̄m facere voluerunt. Ymo semper in tentiōis erant bellandi pro libertate retinenda. Hic notādum q, dominus noster ducebatur ad tribunal & sistebatur in iudicio: vbi et accusatores sui inualuerunt vocibus clamantes. Tolle crucifige. etcete. quod grauius erat omnibus precedētibus que extra foris iudicii agebantur. Et ideo de hoc merito est articulus specialis. Et tunc videns Pylatus q, nihil ꝓficeret: accepta prius aqua: vt in sequenti articulo.

Regem vestrum crucifigam. Respōderūt pontifices. Non habemus regem nisi cesarem.

¶ Documentum.



X hoc articulo adductionis cristi ad tribunal habetur documētum q, nos debemus tribunal in mēte nostra cōstituere & ibi iudicio astare. Sicut cristus stetit ante tribunal propter nos vt nos districtū dei iudiciū declinare possimus. Iuxta illud apostoli. i. Corin. ii. Si nosmetipsos diiudicauerimus nō vtiq; diiudicamur.

¶ Oratio.



Omine Ihesu christe fili dei viui qui hora diei sexta ꝓ me misero peccatore ante tribunal presidis adduci & iudicio sisti voluisti. Da mihi ante tribunal mentis mee cōscendere meipsum de culpis meis conscientie testimonio districtius iudicare: iudicium quoq; tuum in aduersis tam pacienter hic subiire vt in extremo iudicio tuo possim securus astare.



¶ Condemnatio. Articulus.xlii.

QVadrageſimuſſecundus articulus eſt
ad mortem per ſententiam cōdemna
tio. Videns eni Pylatus q. nihil pro
ficeret laborando pro chriſti liberati
one ſed magis tumultus fieret: quia vt dicit gloſa re
bellionis crimen contra ceſarem populus ei impin
gebat: timore mox vincit̄: & a tramite veritatis &
iuſticie detorquetur. Vnde ſequitur in textu.

**Accepta igit̄ prius aqua
lauit manus ſuas coram
populo dicens. Innocens
ego ſum a ſanguine iuſti
huius: vos videritis.**

Hieronymus.
Pylatus accepit
aquā iuxta illud
ꝓpheticū Pſal̄.
xxv. Lauabo in
ter innocētes ma
nus meas: vos vi
deritis ꝓpter qd
contingat vobis
q̄ntum ad ſupplicium ꝓpter culpam. Ego ſum mi
niſter legis: attendite qualem mihi tradidiſtis ad oc
cidendū: quia ex allegatis non ſcientia oportet me
proferre ſententiam: vobis imputetur non mihi.
Sequitur in textu.

**Et reſpōdens vniuerſus
populus. Sāguis ei9 ſup
nos & ſup filios noſtros.**

Verbū optimū:
et ſaluberrimū:
ſed intētiōe peſ
ſima prolatum.
Optandum eni
nobis eſt vt veniat ſanguis eius ſup nos. ſ. ad ablu
endum nos ab omni inquinamento carnis & ſpiri
tus: ſcd̄m illud Appocali. i. qui dilexit nos & lauit
nos a peccatis noſtris ſanguine ſuo. Hec autē pre
catio ſuper iudeos duret vſq; in preſentem diem. Et
ſanguis domini nō auſſeretur ab eis: vt dicit Hiero
nimus. Itaq; Pylatus q̄mq̄m pronūciaſſet chriſtum
innocentem: & per hoc eum dimittendum: volens
tamen ad complacendum clamoribus populi ſatiſ
facere: ideſt eorum voluntatem facere: & nō quod
erat placitum deo: & iuſticie. Timenſq; ne accuſa
retur de rebellione ceſaris. Cum hoc etiam nullum
ſuſpicans periculum ſi innocentem pauperē morti
adiudicaret: maxime quia contradictor aliquis nō
apparebat. Protulit ſententiam: & iudicauit eū ob
culpam affectati regni eſſe crucifigendum: contra
omnem iuſticiam: contra etiam ſcientiam qua chri
ſtum innocentē nouerat. Et in quo nulla cauſa erat
dedit ſententiam crudeliſſimam de morte innocen
tis. Et per ſententiam diſſinitiuam.

**Tradidit Iheſum eis vt
crucifigeretur.**

Tradidit iudi
cio & poteſtate
preſidis. Nō di
xit euāgeliſta vt
crucifigerent eū
ſed vt crucifigeretur p̱ preſidis iudicium. Sed ideo
ei traditum dixit: vt eos crimine implicatos a quo
alieni eſſe conabantur oſtenderet. Non eni Pyla
tus hoc faceret niſi vt id quod eos cupere cernebat
impleret. Sed que forma ſententie fuerit nō expreſ
ſum ab euangeliſtis. q̄mq̄m in euangelio Nycode
mi ſcribatur Pylatum ſententiā ſub hiis verbis pro
tuliſſe. Gens tua comprobauit te regem: propterea
precipio te primum flagellari ſcd̄m principum ſta
tuta: deinde in cruce leuari. Ecce quomodo inno
centiſſimus agnus vt te a iudicio: a lamēto iuſticie
eterne damnationis eriperet: iniuſto ꝓpter te iudi
cio damnar: preelegit: que non rapuit exoluebat.
Cogita q̄ntum amici eius tunc clamauerunt quan
do ſententiam horribilem hanc contra Iheſum au
dierunt. Et quia hodie ablatus eſt alpha & o: prin
cipium & finis. Ideo hiis diebus eccleſia obmittit
in eis initia & fines horarū. Tunc milites preſidis:
vt in ſequenti articulo.

¶ Documentum.

EX hoc articulo condemnationis chri
ſti ad mortem p̱ ſententiam trahitur
documentum ꝙ nos caueamus ne vn
q̄m iuſtam mortis ſententiam anime
vel corporis mereamur. Item ſicut ſaluator noſter
ſuſtinuit pro nobis iniquam ab homine contra ſe
ferre ſententiam. Sic & nos pro deo curare non de
bemus iniqua hominum iudicia. Vnde Apoſtolus
prime Corinth. iiii. Mihi inquit pro minimo eſt vt
a vobis iudicer: aut ab humano iudice.

¶ Oratio.

IHeſu qui ſententiam damnatiōis ad
mortem: mortem autem crucis inno
center ꝓ me ſubiire voluiſti. Fac me
iuſtam mortis ſententiam ſiue in cor
pore ſiue in anima nō mereri: & tui amore iniqua
hominum iudicia non timere: neq; aliqua ex parte
ſiniſtre iudicare Amen.



Crucis baiulatio Articulus xliii.

Quadragesimustercius articulus est crucis baiulatio. Postq̄m eni sententia liter dampnatus esset innocēs cristus Ihesus. Tunc milites presidis exuerūt eum vt sequitur in textu.

Exuerūt eum clamidem seu purpura: & induerūt eum vestimentis suis.

Simon de cassia Expoliatur deri siua veste cristus crucifigēdus. Et iam nō derisiue vl'ludibrio simi lantium atq; fingentium agitur: sed in veritate crucis penam & mortem excipiat: suisq; propriis vestimētis induitur: vt magis esset cognoscibilis: & amplius propriis vestimentis ad mortem vadens confunderetur. Vbi tunc proculdubio christus habuit nouam & maximam passionem: quoniam tunica illa purpurea cōgelata fuit & fortiter compacta in vulneribus ictuū flagellorū qd absq; maxis doloribus euelli nō poterat. Tunc ligētes fune manus & collum ipsius iudicium sue mortis ei imponūt: & ipsum tanq̄m malefactorem extra propriam ciuitatem eiiciunt. Imponentes lignum crucis magnum & grossum: atq; multum graue sup humeros suos delicatissimos: vt ipsum portet ad locū vbi erat crucifigendus. Et quia lignum illud reputabatur prophanum & immūdum. Et mors crucis ignominosissima: vt habetur Deutro. Maledictus qui pendet in ligno: ideo nullus lignum illud: nec dum portare: sed nec tangere voluit. Et ideo imposuerūt illud Ihesu vt iam dampnato. Vnde sequitur.

Portat crucem suā Ihesus

Grande ludibrium impiis: grande mysteriū piis Bernhardus. O inauditū spectaculum: nunq̄m auditum: visum: aut factum est: vt aliquis fur aut malefactor ad hoc compelleretur vt suum propriū portaret patibulum preter saluatorem. Vnde Augusti: Mansuetus agnus pacienter suscipit & portat patibulum suis humeris in angaria mortis tendēs ad locum passionis: vt impleretur illud Esaie. Factus est principatus super humerū eius. Principatus eni cristi est crux eius. Propter quod: scd̄m apostolum: deus exaltauit illum. Et sicut in signum dignitatis alii baltheum: alii mitram portant. Sic & dominus crucem. Vnde inquires inuenies: nō aliter i nobis regnare Ihesum nisi per asperitates quo fit vt deliciosi inimici sint crucis: vt dicit augustinus. Completur hic figura Ysaac portātis ligna & ignē pro sui ymolatione. Similiter & figura vidue sereptine que collegit duo ligna. Hic est botrus in ligno portatus. Hic est Heliseus cum ligno ad querēdam securim que in ymo demersa est et natauit ad lignū idest genus humanum quod a ligno fetido in infernum decidit: per lignum crucis christi: & per baptisnū aque ad paradisum natauit. Vnde Anshelmus Vide anima mea quomodo per omnia vir iste coartatur: & spernitur sub crucis onere: dorsum incuruare iubet: & suiipsius portare ignominiam O pectaculum: vides ne. Ecce principatus eius sup humeros eius. Hec ē virga equitatis: virga regni sui Et cum dominus iam vlterius processisset: & ita fatigatus factus: & ex afflictione precedenti debilitatus esset q, lentu gradu incederet: ymo & quoddā modo per amplius crucem suam portare nō posset deposuit eam. Alii dicunt q cecideri sub ea: vt aliq̄ntulum pausaret & respiraret. Illi pessimi nolētes differri mortem eius: ac timentes ne Pylatus sententiam reuocaret: quia voluntatem dimittendi eum ostenderet. Sequitur in textu.

Angariauerūt quendam pretereuntem Symonem cireneum vt portaret crucem post Ihesum.

Dicit glosa. Nō moti misericordia: sed vt citius ad mortem puenirēt. Et vt ostenderēt ipsum esse hoiem fatigatū & infirmum: vt sic non crederetur dei filius: vt dicit Augustinus. qui quidem Symon non erat israelita: sed peregrinus: & aduena de cirenis: que est ciuitas libie. Per quod verificatū est dictū Psal. xvii. Populus quem nō noui seruiuit mihi. Et licet huic tanq̄m contemptibili imposuerunt crucem Ihesu: hoc tamen non vacat mysterio: quia vt dicit glosa. Ecce non hebreus: sed alienigena ex gente obprobrio christi subditur: vt plenitudo sacramentorum ab iudeis ad gentes transire ostendatur. Symon eni interpretatur obediens. Cyreus heres. Vnde bene p eum designantur christiani ex gentibus conuersi: qui quondam peregrini erāt testimoniorū dei: sed credendo & obediēdo diuinis mandatis facti sunt ciues sanctorum: & domestici ac heredes dei: coheredes autem christi. Et sic imposita cruce eduxerūt eum in golgata: vt in sequenti articulo.

Documentum.

Ex hoc articulo sumit̄ illud documentum: q nos christiaui crucem portare debemus post Ihesum. vnde dicit glosa. prior dominus crucem portat: qui prius passus est. Postea imposita ē Symoni cireneo post christum portauda: quia debemus sequi vestigia eius: vnde non precessit Symon: sed sequebat̄. Hinc dominus in euangelio dicit. Si quis vult venire post me tollat crucem suam cottidie & sequatur me. Vbi tria innuit necessaria portanti crucem post Ihesum: videlicet q portet eam voluntarie: ideo dicit. Si quis vult. Item q portet. s. crucem propriam ideo subditur suam. Tercio portet non pro inani sed dei gloria: ideo dicit: sequat̄ me. Et intelligitur hic crux vite virtutisq; propositum: vt tota vita christiani hominis qui scd̄m euangeliū viuit crux: atq; martyriū dicitur. Et ista est crux que cottidie est portanda post christum: idest amore christi. In corde p recordatiōem & compassionem. In ore per crebrā & deuotam gratiarum actionem. Et in corpore per flagellationem & castigationem: vt saluatori no


stro corde: ore: et opere gratias agamus. Per hoc pa tet ꝙ amor absq; cruce: & crux absq; amore: nec ra tione: nec verbo: nec opere aliquā meretur laudem. Sed in summo laudabilis est ista crux quam induit amor: quem ipsa crux parit. In isto statu erat Pau lus qui de se dicebat ad Gal. ii. Christo confixus sum cruci. Et in tali cruce primo affigit caro clauis timoris. Psal. Confige timore carnes meas. Secūdo spiritus clauis amoris Canti. ii. Fulcite me floribus stipate me malis: quia amore langueo. Tercio sen sus exterior clauis discipline & rigoris. Eccli. vlti. Verba sapientum quasi stimuli: & quasi claui in al tum: idest in ꝓfundum sensus confixi. quarto ma nus opere clauis laboris. Eccli. ix. quodcūq; potest manus tua instanter operare. Ex hiis clarius patet ꝙ manifeste ostendit se non vere diligere qui pro amato non vult se ad queuiscunq; difficilia prepa rare & exhibere. O q̄m libenter & merito debet cristianus tollere crucē cū id tā a natura q̄m arte do cetur. Aues eni dum volāt ad ethera formam crucis assummunt. Similiter homo natans sc͞dm formam crucis vehitur. Et nauis per maria crucis vestigia pa rat. Thau nanq; signum salutis et crucem demon strat: Ad cōformandum se huic articulo rememo retur homo q̄nta charitate christus crucem portat. Et q̄nti ponderis illa crux fuerit cui omnia peccata totius mundi erāt imposita que omnia agnus ymo landus in suis humeris portauit. Poterit etiam ho mo per ymaginationem recolere quasi ipse portet crucem post Ihesum: & cum Ihesu ad instar Symo nis cyrenei: & sic oret.

Oratio.

Ihesu qui pro me misero crucē tuam propriis humeris baiulare voluisti. Fac me crucem artioris continentie sponte apprehendere: & eam post te hoc est amore tui cottidie baiulare.



In golgatha deductio. Arti. xliiii.



Quadragesimusquartus articulus ē ad crucifigēdum in golgatha deductio. Imposita eni sibi cruce: & ligata su per humerum suum: duxerunt eum vt sequitur in textu.

Et duxerunt eum extra ciuitatem.

Primo ꝓpter legalem figurationem. Nam vitulus et hyrcus qui solennissimo sacrificio in expiationem totius multitudinis offerabantur extra castra comburebantur: vt patet Leui. ix. & xvi. Sic & christus qui erat sacrificium pro redemptione totius generis humani extra ciuitatem voluit pati. Et hoc etiam vt ostenderet virtutem passionis sue non esse includendum intra. s. terminos gentis iudeice: sed vt sciretur esse sacrificiū commune. Et etiam vt qui consequi vellent fructus passionis sue deberent exire mundum saltim per affectū. Vnde sequemur eum & exeamus ad eum extra castra: & mundanam cōuersationem improperia ipsius & penam portantes. Vnde Bernhar. Christus extra portam passus: ad quem egrediamur mūdane conuersationis contemptu: quod est egredi de ciuitate huius mundi. Et hoc in tribus modis. Affectu: scilicet: vt mundum non diligamus. Effectu: vt cū mente & corpore funditus deseramus. Profectu: vt cum domino spiritus vnus fieri anhelamus: quia vt ait Gregori. Tanto quis deo est proximus q̄nto ab amore mundi est alienus. Hec ductio fuit exprobrosior inter omnes nouem: de quibus supra diximus octauo articulo. Fuit & christo multum penosa ex pluribus de causis: & ideo merito facit specialem articulum sue passionis. Primo ratione ignominie. Valde eni ignominiosum ē duci ad patibulum. Secundo ratiōe societatis: quia cum eo duo neq̄m: vt interficerentur: quod specialiter factū est ad maiorem suam confusionem: vt non videretur esse distinctio inter christum & alios duos neq̄m & latrones. Tercio ratione multiplicis comitiue & turbe que eum sequebantur. Vnde dicit in textu

Sequebantur eum turba multa populi & mulierū

Sed non eadem intentione & respectibus: inter quos erant multi gaudentes. Sicut populus iudeorum. Et non modicum penale est homini videre homines gaudentes de afflictiōe sua. Interfuerunt & quedam flentes. Sicut sancte mulieres. Et idipsum iterum penale est videre amicos propter se flentes. Bernhar. Hunc exitū: & hanc processionem sic describit. Cum inquit sic educeretur factus est concursus populorum post ipsum sicut cum fures & maliciosi ad mortem ducuntur Alii ibant ridentes. Alii lutum super caput benedictum eius proiiciētes ac in faciem. Si ante se respexit vidit lutum sup se proiicientem. Si supra: vidit patibulum humero suo impositum eum valde opprimentem. Et post se matrem cum multa turba po

puli & mulierum que sequebantur & plangebant atq; lamentabãtur. Et vt aliqui dicunt mesta mater volens eum tangere: et amplecti non potuit: quam filius aspexit merore confractam: cecidit fatigatus sub cruce. Ipsa etiã mater dulcissima quasi mortua in terram ruit. Ob quod in loco illo in huiusmodi facti memoriam capella a fidelibus constructa fuit: que sancta maria de spasmo nuncupatur. Et tũc sequitur in textu.

Conuersus Ihesus dixit ad illas Filie hierusalem nolite flere super me: sed sup vos & filios vestros.

Cõuersus ihesus dixit ad eas. Nolite flere sup me: tũ propter spontaneam moriendi voluntatem: tum propter diuinam ordinationem: que sic me ordinauit mori: tum propter mortis mee vtilitatem: quia moriẽdo volo destruere mortem. Sed causam passionis mee flete. s. peccata preterita et futura que me pati ordine iusticie fecerũt. Super quibus doloribus affici ad salutem necessariũ est. Vnde subiungit. Sed super vos & super filios vestros. Non culpat affectum: sed instruit ordinem: vt primo se & suos defleant. Inuanum eni quis deflet christi passionem: q̃mdiu ꝓpriis demeritis eidem ingerit contumeliam. Mandat deplorãtibus cum in futura mala prospectum intendere: & super illis flere: quia. Ecce inquit: venient dies in quibus dicent. Beati steriles. Et reliqua loquebatur de obsidiõe romanorũ per Thitum & Vespasianum. Loquebat̃ etiam de extremo iudicio. etce. Et huius causam subdit dicens. Sequitur in textu.

Si in viridi ligno idest in me hoc faciunt: in arido quid fiet.

In viridi ligno: idest in me q viridis in radice diuinitatis in charitate humanitatis. In ramis virtutum. In foliis verborũ. Et in fructu bonorũ operum: hoc faciũt. s. condempnare ad mortem crucis sine iusticia. In arido: idest in peccatore q caret humore gratie: fructu iusticie: vigoreq; conscientie: quid fiet: idest q̃nta putatis pena digni sunt. O tu lignum viride: o caput nostrum: o gloria humiliũ: o cedrus pudicicie: palma paciẽtie: oliua misericordie: vitis leticie. Dic nobis quid factum est in te: arbor inquit decorticata est: amputata est: succisa est: & interram proiecta est. Si igitur hinc sine flagello nõ exiuit qui huc sine peccato venit: quomodo flagellis digni non erũt qui huc cum peccato venerunt. Vnde Grego. quotiẽs mortem saluatoris attendo. Et pacientiam Iob. Et mortem baptiste cõsidero. Dico tibi: o peccator: hinc considera qd passuri sunt illi quos reprobat: si tãta passi sunt quos amat quarto hec ductio fuit christo penosa multum ratione loci: qui horrorem prestabat pariter & fetorem Deduci in golgatham: quod interpretatur caluarie locus: quia ibi fiebant decollationes & suspendia damnatorum. Illuc ergo duxerunt eũ: vt quasi maxime circa noxios puniretur. Nam multa corpora ossium humanorum: & maxime capitum erãt sparsa: ex quibus locus fuerat horrendus: abhominabilis & fetidus: vnde & ex tali loco deductio ista fuit magis penalis. Et passus christi quos transiuit infra crucem vsq; ad mortem: vel ad locũ caluarie fuerunt sexingenta & sexagintasex. Et in ascensione montis vsq; ad locum vbi posuerunt crucem fuerũt quinquaginta passus. Et in illa ductione cecidit Ihesus quinquies infra crucem super terram. Peruenientes autem ad locum ante crucem expoliauerũt eum vt in sequenti articulo.

¶ Documenta.

Ex hoc articulo deductionis in golgatha ad crucifigendum: forment duo vel tria documenta. Primũ est: quia sicut voluntarie ductus est ad patibulum cum omni pacientia: sicut ouis ad victimam. Sic & nos voluntarie: & cũ pacientia ducamur ad obedientiam mandatorum dei & prelatorum vice dei: qua propria voluntas mactetur. Hoc petit Psalmista dicens. Deduc me in semita mandatorũ tuorum: quia ipsam volui. Secũdum ꝙ nos sequi debemus christum euntem ad locum sue passionis: super nosipsos flentes cum mulieribus miseriam nostre fragilis conditionis: quia vt dicit Theophilus Mens infirma que significatur per feminã si sumpta cordis contritione per penitẽtiam flet: sequitur christum. Tercium est ꝙ peregrini pro penitẽtia: & religiosi pro obedientia per vias euntes si aliq̃n do lassantur. Rememorari debent illius itineris christi quo tunc ad patibulum ducebatur. quoniam ita lassus fuit: ꝙ amplius crucem per se ferre nequit. Ad cõfortandum se huic articulo: recogitet homo cum q̃nta iguominia dominus noster ducebat̃ ad patibulum pro magna gloria nostra: & fleat cum sanctis mulieribus fundendo lachrimas saltim cordis: & sic vel consimiliter oret.

¶ Oratio.

Ihesu qui ꝓ me duci in golgatha ad crucifigendum voluisti: deduc me in semita mandatorum tuorum: vt cum sanctis mulieribus tue seq̃r vestigia passionis: ac super meipsum fleam miseriã proprie conditionis.

¶ Ante crucem expoliatio. Arti.xlv.



Quadragesimusquitus articulus est ante crucem expoliatio. Peruenientes eni ad locum crucifixionis. Primo expoliauerūt eum vestibus suis ante crucem. Matheus dicit: q ibi dabant ei bibere myrratum vinū cum felle mixtum. Et cum degustasset noluit bibere. Nam linguam cum qua habuit orare pro inimicis: & testamētum condere noluit mortificare. Et hoc factum est: vt impleretur dictū Psalmi. Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Ille punctus expoliationis bene facit articulum specialem: quia non est parua pena hominem expoliari coram omni populo. Nudauerunt eum: vt sequitur.

Nudauerunt eum vestimentis suis.

Totaliter: quod etiam vilissimis psonis fieri non cōsueuerūt quin aliquod ad operimentum sue nuditatis relinquatur. Et tunc spoliabatur iterum cum maximo dolore: renouatis vulneribus & fracturis: qa vestis interior propter sanguinem flagellatiōis fortiter corpori adherebat. Psal'. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. s. rumpentes vulnus ad vulnus. O pia mater q̄ntus erat tibi dolor dum hec & alia propriis oculis videres: acceleras & eum sic nudatū capitis tui velo cingis. Nudatus est itaq amantissimus dominus Ihesus: quare: vt corporis purissimi deformationē valeas intueri. Nudatur bonus ille & optimus Ihesus. Heu mihi: nudat̄ dominus qui ante secula regnans decorem induit & fortitudinē. Cui canimus. Confessionem & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento: spectaculum fit et obprobriū mundo & hominibus: fit tanq̄m prodigium multis: & cōmotio capitis in populis. Caput nostrum gaudium nostrum: honor noster: bonus Ihesus. Differt autem ille articulus ab articulo tricesimo: quia ibi exuerunt eum in pretorio coram preside & suis ministris. Hic autem in publico coram omni populo Item ibi exuebatur veste alba: in qua eum illuserat Herodes. Hic autem veste propria. Item ibi exuebatur flagellandus. Hic autem crucifigendus. Item ibi exuebatur reinduendus: hic autem nunq̄m reinduendus. Et ideo signanter hic dicitur: exuerunt eū quasi nunq̄m amplius vestes rehabiturum. De ista nudatione dicit Ambrosius. Nudus crucem ascendit. Et talis ostēdit quales nos autore deo natura formauit. Talis ostendit: qualis primus homo in paradiso habitauit. Et talis secundus homo paradisum introiuit. Et tūc ibi lapis quidam erat super quem Ihesum nudum posuerunt quousq crux eius prepararet: vbi sedens obprobria multa passus est in conspuendo: colaphisando: & blasphemando. Parata vero cruce eripitur filius furibunde: vt in sequenti articulo. Documenta sumentur ex tricesimo articulo.

¶ Oratio.

Iesu qui ꝑ me ante crucem vestibus expoliari: & nudari voluisti. Fac me ab omnibus mundanis rebus inq̄ntū contra salutem meā sint nudari quatinus nudam crucem nudus sequar.



¶ In cruce extensio. Articu.xlvi.

Quadragesimussextus articulus est in cruce extensio Cum eni expoliassent eum: parata iam cruce: eripitur filius de manibus matris Marie non sine magnis doloribus: gemitibus: & suspiriis: nudus super lignum crucis que erat in terra posita dire ꝓiectus: crudeliter expansus: protensus: & districtissime tractus in modum pellis: hic & inde extensus ita vt omnia membra eius de locis suis naturalibus exierunt. Psal'. Funes extenderunt in laqueum. Funes peccatorum circumplexi sunt me: ymo ita acriter vt omnia eius ossa dinumerari potuissent. Iuxta illud Psal'. Dinumerauerũt omnia ossa mea. Nam illi crucem parauerunt sine aduertentia: aut ex certa malicia foramina nimis distantia abinuicem fecerunt. Et cum se Ihesus volũtarie pararet impiissimi illi neq̄m per brachia ipsum rapientes violenter super trabem crucis corpus sanctissimũ proiecerunt: ita ꝙ spinea illa corona capiti fortius imprimeret. Respice in faciem christi tui o anima cristiana: & eleua oculos tuos ad tormenta illius: nõ sine lachrymis: & cor contritum nõ sine singultu. Et vide q̄n tam tribulationem & dolorem inuenit dum quereret te. quare non immerito hec extensio specialem articulum facit: quia maximam penam cristo intulit. Vnde canitur illud hymni. Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera. etce. Hec extensio etiam nobis ostẽdit ipsius christi erga nos summam diffusionem largitatis ex summa charitatis affectiõe procedentis. Extensiõe nanq; brachiorum & membrorum ostendit ꝙ tantũ nos dilexit q̄ntũ nos diligere potuit: totum se exponẽs amori nostro exhibendo nobis quicquid erat: quicquid potuit: & quod verbo exprimere nequiuit: quia charitas eius indicibilis est: hoc siguo corporis sui expressit. Vnde Bernhar. Vere ille largus est dispensator qui carnẽ suam dedit in cibum: & sanguinem in potum: animã in precium: vulnera in remedium: brachia in refugiũ crucem in clipeũ: cor in amoris iudicium: aquã in balneum: sudorem in medicamentũ: clauos in salsamentum: spineam coronam in ornamẽtum: verba in documentũ: vitam & mortem vtrũq; in exemplum. Hii sunt duodecim fructus vite. Appoca. xxii. Et duodecim panes in mensa ꝓpositionis: de quibus inferius. Tunc crucifixerunt eum vt in sequenti articulo.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo sumitur documentum ꝙ & nos omnia membra: et organa corporis nostri extẽdere debemus in obsequiũ cristi. Manus. s. & brachia ad operationem: pedes ad ambulationẽ: genua ad orationem: omnes quoq; sensus ad suorum actuũ sanctam & castam exercitationem: vt possimus dicere cũ Psal'. Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tui. Ad hoc hortaẽ nos aplus Roma. xii. dicẽs. Obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placẽtem: rationabile obsequiũ vestrum. Et de hac extensione est exemplum in cordis psalterii vel cythare que nõ reddũt bonum sonũ nisi fuerint bene extense. Ad conformandum se huic articulo poterit homo brachia & omnia membra sua siue stando: siue procũbendo in modum crucis etiam corporaliter: et vires spiritualiter intensiõaliter ad laudem dei extendere: rememorando illos amorosos amplexus extensionis christi: cum Augustino. Et tunc sic vel cõsil'r oret.

¶ Oratio.

Ihesu qui in cruce pro me extendi voluisti ita atrociter: vt omnia ossa tua potuissent numerari fac me oia membra: viresq; corporis et anime mee ad laudem tuam extendere.

¶ Crucifixio. Articulus. xlvii.

Quadragesimusseptimus articulus est crucifixio. Ipse eni dominus noster non solum dignatus est in cruce pro nobis extendi: sed etiam voluit cruci affigi vt cõmendaret nobis indissolubilem charitatem suam: qua salutem nostram firmauit. Extensis ergo neruis & venis: ac protẽsis ossibus & iuncturis violenta extensione: vt supra diximus.

Crucifixerunt eum.

Affixus est cruci in manibus et pedibus durissime perforatis: et sauciatis clauis grossis & durissimis: cutim & carnem: neruos & venas: ac cõpages ossium dissipantibus: quorum stimulis excita & tu manus et pedes tuos ad omne bonũ: qa eni primus homo ad lignũ preuaricationis manus extendendo: & pedibus accedendo cyrographũ dampnationis nostre dyabolo confecerat. Ideo saluator noster vt cirographum illud deleret manibus & pedibus ligno salutifere crucis affigi voluit clauis inuictissime charitatis: delens per hoc cyrographũ decreti quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigẽs illud cruci: vt habetur Corint. ii. O q̄m libenter crucẽ ascendit. Et q̄nto amore omnia ꝓ nobis sustinuit. O q̄nta pacientia obediuit. Et q̄ntum pater in ipsius obedientia delectatus fuit. O q̄nte voces et tristes yululatus & gemitus ibi ab amicis suis: & precipue a matre sua mestissima audiũtur cũ sic crudeliter extenditur: clauatur: foditur: & toto corpore dissipatur stupor ingentissimus. O pietatis abiissus. O charitatis incendiũ. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio charitatis. Alie tres rationes assignãtur quare deus voluit crucifigi. Prima est vt in cruce pendens se inter deum & hominem mediatorem ostenderet. Et hoc habeẽ ex glosa Thimo. ii. Secunda est vt dyabolum qui per lignum vincebat per lignũ superaret. Tercia est vt euidenter ostenderet pro quibus restaurandis pateretur. s.

pro ſupernis angelorum ruinis replendis: ꝓ iuſtis de limbo educẽdis pro amicis colligendis & amandis pro inimicis reconciliandis: vt habetur inferius in quarto fructu crucis.

¶ Quatuor ligna crucis.

Fertur etiam crux quatuor lignorũ genera habuiſſe .ſ. cedrũ in ſtipite. Palmam in palo ꝑ longum. Cipreſſum in ligno ex tranſuerſo. Oliuam in tabula ſuper crucem: loco quarti brachii. Cedrus altitudinem contemplationis ſignificat. Cipreſſus famam bone opinionis. Palma fructum iuſticie. Oliua lenitatem miſericordie: ſicut dicitur Roma. iii. Crux igitur chriſti merito lignum vite appellatur: quia ex ea triplicem vitam colligimus. ſ. vitam nature. In cuius ſignum criſto crucifixo mortui ſurrexerunt ad vitam nature. Et vitam gratie. In cuius ſignum chriſto orante in cruce multi conuerſi ſunt percutientes pectora ſua. Item vitam glorie. In cuius ſignum chriſtus dixit latroni hodie mecum eris in paradiſo.

¶ Documenta.

Documenta huius articuli ſunt ꝙ & nos crucifigere debemus carnem noſtram cum viciis & concupiſcentiis vt ſimus fixi clauis: ideſt preceptis iuſticie: ſicut chriſtus clauis confixus fuit in cruce: vt in precedenti articulo dictum eſt. Et inſup caue ne tu quoq; clauos criſti fabrices vel manus aut pedes domini eis vulneres et configes. Clauos crucis chriſti fabricat qui inter proximos diſcordias ſeminat. Manus vero domini videtur clauis vulnerare & cõfigere qui de bonis a deo datis nõ vult elimoſynas erogare. Pedes autem chriſti clauis ferreis perforat qui thetra ſeu ſpectacula & tabernas magis ꝙ̃ eccleſias viſitat.

¶ Oratio.

Iheſu qui duriſſimis clauis ꝓ me crucifigi voluiſti: ac per hoc cyrographum peccatorũ noſtrorum: & mortis eidem cruci affixiſti: confige que ſo timore tuo carnes meas: vt preceptis tuis firmiter inherens ſemper tibi confixus ſim cruci.

¶ Manuum perforatio. Arti. xlviii.

Quadrageſimuſoctauus articulus eſt ꝑforatio manuum & pedum: que ſpecialem & diſtinctum cauſabant dolorem. Ideo et diſtinctum faciunt articulum. Vnde Pſalmiſta in perſona criſti. Foderũt manus meas & pedes meos. Verum quia ex tali perforatione quatuor ſeua fuerunt ei inflicta vulnera quorum quolibet ſingulare & diſtinctum in ſe habuit tormentum. Et ideo non immerito iſte articulus in ſe habet quatuor articulos: ſcd̃m ꝙ ſunt quatuor vulnera manus & pedum. Primus articulus eſt perforatio manus prime. Secundus ſecunde. Et nõ dicitur manus dextre vel ſiniſtre: quia chriſtus nihil in ſe ſiniſtrum habuit. Sic itaq; extenſio manus prime per lignum mortem apprehendit. Et extenſio ſecunde vitam que perierat inuenit. Et poteſt manus prima dici illa quam primo perforauerunt: que forte potuit eſſe illa que in nobis eſt ſiniſtra: & cordi propinquior. Vel etiam propter myſteriũ ad quod tamen crucifixores minime attenderunt: vt ſupra dictum eſt. Secundo modo nanq; mali: quod ſe tenet ad partem ſiniſtram: prior eſt collatione boni quod ſe habet ad partem dextram.

¶ Perforatio prime. ſ. ſiniſtre manus.

Primum ergo vulnus fuit in perforatiõe manus prime. ſ. ſiniſtre. Per manus ſignificantur opera. Ille quippe manus que ab initio mundum fabricauerunt: nunc in cruce opus ſaluationis noſtre perfecerunt. quodq; opus accipitur in duobus. ſ. in deſtructione mortis: & in reparatione vite. Sed prius fuit deſtruere mortem. ꝑ quam intelligimus peccatum cum omnibus ſuis ſequelis. Et hoc eſt quod dicit Hieronimus. Extenſio manus prime ad lignũ mortem apprehendit: & apprehenſa cruci affixit. Et inſup ipſa manu ꝙ̃ſi i mẽbrana trophei ſui cirographũ proprio ſuo ſanguine ſcripſit. Et vt ſcriptura eſſet indelibilis manum exarãdo tranſfodit. Vnde Bernhardus. Exaltatur in cruce: perforantur manus & pedes viri optimi benigniſſimi Iheſu. Elicitur ſanguis ſi quis erit: ſtat mediator noſter in conſpectu patris ſui in confractione vt auertat irã eius ne diſperdet nos. Vere ſtat in cõfractione quia ꝙ̃uis in toto corpore fractus nõ cadit mente: ſtat conſtanter in perſeuerãtia bone voluntatis. O qualem te intueor dulcis Iheſu. O dulciſſime atq; amantiſſime Iheſu: qs te tam amare: tam odioſe morti addixit Vulnerum noſtrorũ antiquorum vnice ſaluator quis te vſq; aduc nõ ſolum duriſſima ſed etiam turpiſſima vulnera patienda detraxit. O vitis dulciſſima bone Iheſu hunccine fructum reddit tibi vinea tua quam de egypto tranſtuliſti: expectaueras patienter vſq; in hunc diem nuptiarum tuarũ: vt faceret vuas: fecit autem ſpinas. Spinis enĩ coronauit. Et ſpinis peccatorum ſuorum circumdederunt te Ecce in ꝙ̃ntam amaritudinem cõuerſa eſt vitis iam non tua ſed aliena. Negauit enĩ te dicens & clamans: Non habemus regem niſi ceſarem. Eiectum ergo te extra vineam vel ciuitatis vel conſortii ſui ſacrilegi agricole occidunt: non ſubito ſed longo crucis tormento confectum: & multis vulneribus flagellorum & clauorum pariter & cruciatuũ. Item viginti ſex ictus percuſſerunt Iheſu chriſto cũ malleo ad clauos manuum: et triginta ſex ad clauos pedum dulciſſimi Iheſu.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo trahitur documētum: ꝙ nos omnia mala nobis aduersantia. s. tribulationes: temptationes: infirmitates: culpas & penas quaslibet in dulcissimo vulnere isto prime manus qua cristus mortem: & omnem miseriā nostram apprehendit reponere debemus. Sic fecit beatus Augustinus in libro de contemplatione domini nostri Ihesu christi: vbi sic dicit. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio recurro ad vulnera cristi & sanabor. Cum me premit caro: recordatione vulnerum domini mei resurgo. Cum diabolus parat mihi insidias fugio ad viscera dei mei: & recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea: recordatione filii dei mei extinguit. Ita ꝙ in omnibus aduersitatibus meis nō inuenio tam efficax remedium q̄m vuluera christi. In hiis dormio securus: & requiesco intrepidus ibi Et licet Augustinus indistincte loquatur ibi de cristi vulneribus: magis tamen appropriate hec efficacia refert ad vulnus prime manus. s. sinistre. Ad illud etiam vulnus pertinet: ꝙ omnia opera mala deuitemus amore filii dei ꝓ nobis crucifixi. Ad cōformandum se huic articulo poterit homo osculari vulnus manus sinistre crucifixi. Et reuoluere i mente iam dicta verba Augustini. Et sic vel consimili modo oret.

Oratio.

Ihesu qui pro me misero manū tuam sinistram clauo perforari: crucic̄ꝫ affigi voluisti. Da mihi cuncta mala aduersantia in eiusdem manus tue dulcissimo vulnere reponere: & in eo cōtra singula remedium salutiferum inuenire.

Perforatio manus secunde. s. dextre Articulus quadragesimusnonus.

Quadragesimusnonus articulus est perforatio manus secunde. s. dextre. qua sc̄d̄m Hieronymum christus vitā que perierat inuenit. Vbi ꝑ vitam omnia bona pertinentia ad salutem nostram accipi possunt Sicut prius per mortem accipiebamus peccatū cum omnibus suis sequelis. Hanc itaqꝫ vitam manu secunda christus nobis donauit. Et super hac donatione priuilegium copiosum in membrana eiusdem manus sanguine suo roseo nobis scripsit: q̄ etiam sacri vulneris confossione velut sigilli impressione ad perpetuam rei memoriam signauit. Vnde. ii. Petri. i. Maxima & preciosa vobis promissa donauit deus: vt per hoc efficiamini dei conformes diuine consortis nature.

Documentum.

Ex hoc articulo habetur documētum: ꝙ nos omnia bona opera que deus operatur in nobis in vulnere istius secunde manus recōdamus. Ea omnia non nobis: sed diuino muneri attribuendo: orātes vt omnia neglecta etiam imperfecta nostra ex suo hoc dulcissimo vulnere restaurentur: perficiētur: & suppleanē. Sicut fecit Augustinus vbi supra dictū est. quicquid mihi ex meipso deest: vsurpo mihi ex visceribus domini mei Ihesu: quoniam inde misericordia affluit: nec desunt foramina per que fluant misericordie domini ineternum cantabo. Et subdit vulnera Ihesu cristi plena sunt misericordie: plena pietate: plena dulcedine & charitate. Per has rimas licet mihi gustare q̄m suauis est dominus: dominus meus deus meus. Et specialiter respicit efficatiam manus secunde cum suo vulnere benedicto Ad conformandum se huic articulo osculeē homo vulnus manus dextre crucifixi: & mente reuoluat orationē sequētem cū verbis Augustini prelibatis.

Oratio.

Ihesu qui pro me misero manū tuam dexteram clauo perforari: crucic̄ꝫ affigi voluisti: da mihi omnia bona opera que tu in me operaris in eiusdē manus tue sacratissimo vulnere cum actiōegratiarum recondere: cunctaqꝫ neglecta et imperfecta mea ex inde perfici suppleri Amen.

Perforatio pedis primi. s. sinistri Articulus quinquagesimus.

Qvinquagesimus articulus est perforatio pedis primi. s. sinistri. Per pedes iīī scriptura accipiūtur affectiones & desideria quibus anima graditur que in nobis vt plurimū sunt sinistra. In christo autem omnia dextra. Per vulnus itaqꝫ primi pedis cristus sanauit cogitationes & affectiones nostras prauas Nam de veteri homini dictum est Gene. vi. Sensus et cogitationes cordis humani praua sunt ad malū omni tempore. Sed nunc de homine renouato: & sanato per christum verificatur illud Prouer. xi. Desiderium iustorum omne bonum. Et de talibus dicitur Ezechie. i. Pedes eorum pedes recti: quia desideria sanctorum nō sunt ad malum retorta. Et hoc est ex efficatia vulneris pedis christi primi quem dicimus sinistrum.

Documentum.

Ex hoc articulo habemus documentū ꝙ nos quotiensc̄uqꝫ malis cogitationibus: vel prauis desideriis: vl' affectionibus impugnamur: mox ad vulnus illius pedis christi confugiamus: exinde nanqꝫ tanq̄m de fonte limpidissimo profluit nobis lauacrum quo abluuntur & purificantur sordes cogitationum: & affectio malorum: ymmo etiam omnium peccatorum nostrorū: quod expertus in se Augustinus dicebat. Cum me pulsat aliqua mala cogitatio recurro ad vulnera christi: vt supra dictum est

Ad conformandum se huic articulo poterit homo osculari vulnus sinistri pedis crucifixi intentione documenti iam dicti: & sic orare.

Oratio.

Ihesu qui pro me sanctissimos pedes tuos clauo durissimo pforari cruciq; affigi voluisti. Da mihi vt quotiens cunq; prauis cogitationibus affectionibus vl' desideriis sinistris impugner ad vulnus sinistri pedis tui recurrere: & exinde salubria medicamina exhaurire.

Perforatio pedis secundi. s. dextri.

Articulus quinquagesimusprimus.

Qvinquagesimusprimus articulus est pedis secundi. s. dextri perforatio. Per vulnus huius pedis bona nostra desideria: que ex se omnio sunt inualida roborantur: & perficiũtur. Non enī sufficientes sumus ex nobis cogitare aliquid boni tanq̃m ex nobis. Sed sufficientia nostra ex deo est. i. Corint. iii. Vnde q̃ntumcũq; desideria: cogitatiões: affectiones: & voluntates nostre interdum de suo genere sint bone: nullius tamen valoris sunt in ratione meriti: nisi intingantur sanguine pedum christi. Psal'. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Pes inq̃m tuus: idest affectio tua: al's totũ sine fructu est. Vnde glosa super illud psal'. Foderunt manus meas & pedes meos. Non dicit transfixerũt vel vulnerauerũt: sed foderunt: quia sicut terra fossa fructum facit. Sic fructum vite dedit christus vulneratus in manibus et pedibus. Nec mirum: quia ipse omnibus diebus vite sue post nos cucurrit in siti feruẽtissimi desiderii salutis nostre.

Documentum.

Ex hoc articulo trahitur documẽtum: q; nos omnia bona desideria nostra: voluntates: affectiones: & cogitationes nostras bonas refũdere debemus cum gratiarumactiõe in fructiferum vulnus istius pedis: nostra desideria suis desideriis p omnia quasi per osculum infigentes: vt exinde proficiãtur & fructificẽt. Exemplo Marie magdalene: que osculabatur pedes Ihesu: et ex hoc tam vberem fructum recepit q; totus affectus eius resolutus fuerat i lacrymas. Et si quandoq; non valeamus habere bona desideria: saltim habeamus volũtatem habendi desideria huiusmodi. Iuxta illud Psal'. Cõcupiuit anima meã desiderare iustificatiões tuas omni tempore. Et tunc deus recipiet voluntatẽ pro facto. Ad conformandum se huic articulo osculeĩ homo vulnus pedis dextri crucifixi. Et in mente habeat documentum iam dictum. Et sic vel consimili modo cum deuotione oret.

Oratio.

Ihesu qui saluifico vulnere pedis tui dextri fontem nobis gratie tue scaturire fecisti. Da mihi omnia bona desideria mea eidẽ vulneri tuo osculo amoroso infigere: & ea tuis sanctis desideriis coaptare. Amen.


INRI

¶ In cruce leuatio. Articulus.lii.



Quinquagesimussecūdus articulus est in cruce leuatio. Nam scd̄m quosdā crucifixio facta fuit cruce iacente in terra: & postea eo affixo leuauerunt eum cum cruce: quod videtur sentire Hieronimus et Innocentius. que quidem leuatio maximi doloris fuit: eo ꝙ ex ponderositate corporis & violēta submersione crucis lacerabantur vulnera manus & pedum: qd̄ sine magno dolore nequaq̄m esse potuit vnde fluxerunt copiosi riui sanguinis ex illis magnis cissuris: & fontibus saluatoris. O bone Ihesu q̄m dulciter cum hominibus cōuersatus es: q̄m magna & habundantissima eis largitus es: q̄m dura et aspera pro eis passus es dura verba: duriora verbera durissima crucis tormenta: & hec in omni parte tui corporis Homo eni erat infirmus in capite: idest in intentione: que est caput anime. In manibus facien do opera mala vel remissa. In pedibus: quia affectionem habuit immūdam. In corde: quia habuit cogitationes noxias & inanes. Et in toto corpe: quia habuit per totum vitam mundanam & conuersationem vanam. Proinde vulnerari voluisti Ihesu bone in capite: vt omnes nostras sanares obliquas intentiōes. In manibus: vt omnes nostras & remissas operationes. In pedibus: vt omnes nostras immundas & terrenas affectiones. In corde: vt omnes nostras vanas & noxias cogitatiōes. Et tandem flagellari: et vulnerari in toto corpore: vt totam nostram sanares vitam & conuersationem. Sed quare tunc in altum voluisti leuari. Respondet Augustinus: ꝙ hoc ideo voluit: vt etiā ipsius aeris natura mundaretur a demonibus: & ab infectione peccatorū. Sicut & terra per sanguinem eius decurrētem similiter mundabatur. De hac exaltatione ipse prenunciens dixit. Cum exaltatus fuero omnia traham ad meipsum. Traxit eni de omni genere plebis. quis non rapitur in spem impetrandi remissionem suorum delictorum attendens in corpore christi dispositionem. Caput habet inclinatum ad osculādum. Brachia extensa ad amplexādum. Manus perforatas ad dandum. Latus perforatum ad diligendum. Pedes fixos ad nobiscum permanendum. Corpus expansum ad se totum impendendum.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo leuationis in cruce sumitur documentum: ꝙ nos passiōes domini recoligentes debemus exaltari a terra: idest terrenis affectionibus: vel etiam a terrena cōuersatione saltim ad momentum. ꝙ si non omnibus detur quo ad corporalem subleuationem: sicut quibusdam sanctis datū esse legimus. Sicut beate Marie magdalene: beate Monice: & beati Augustini matre: et quibusdam aliis Hoc tamen consequi conemur cum gratia dei quo ad mentalem abstractionē: vt vel sic a terra sursum trahamur ad christum pendētem in cruce: quatinus simus de illorum numero: de quibus ipse polliciēs dixerat. Cum exaltatus fuero trahā. etce. Ad conformandum se huic articulo poterit homo ex deuotione sua mētem sursum erigere q̄si christo coram eo pendēte in cruce. Et poterit hoc etiam aliquo gestu sui corporis representare. Et sic vel consimiliter orare.

¶ Oratio.

Ihesu qui ꝑ me in cruce leuari: & sic a terra exaltari voluisti: fac me queso a terrenis affectibus subleuari: atqꝫ mente in celestibus conuersari Amen.

¶ Latronum cum eo crucifixio. Articulus quinquagesimustertius.

Quinquagesimustertius articulus ē latronum cum eo crucifixio. quod sine dubio fecerunt procurante dyabolo: ad eius magnum obprobrium et confusionem: scd̄m Augustinū. Et in euidentiam criminati sibi sceleris. O q̄m execrabilis in facto iniquitas iudeorum: vt quasi latronē crucifigerent Ihesum: sicut sequitur in textu.

Et cū eo crucifixerunt duos latrones: vnum a dextris: & alium a sinistris.

Hoc ipse permisit volens cū peccatoribus crucifigi: vt ostenderet se ꝑ peccatoribus pati: & mori: vt impleretur quod Esaias diu ante dixerat. Et cum sceleratis reputatus est. Cum iniquis deputatur in morte: vt iniquos viuificet in resurrectiōe. Ambrosius. Pendet ergo dominus in

ter duos latrones: quaſi dux & magiſter criminum in medio locatus vt omniũ peior videretur. Et vt ipſe videns eorum penã & audiens gemitũ in corde ſibi imminente paſſione cruciaretur. Per iſtos duos latrones ſignant̃ illi qui ꝓpeccatis ſuis expiandis cum chriſto crucifiguntur: per profeſſionem in religione factam. Sed aliqui reuertũtur actu: & ſi ne habitu. De quibus dicit apoſtolus. Nomen dei per vos blaſphematur inter gentes: quoniam ſcandalizatis ſeculares. Et iſti ſignantur per latronem blaſphemantem. Alii vero per profeſſionẽ crucem penitentie ſuſtinent. Et iſti ſignificantur per latronem chriſtum confitentem.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo trahitur documẽtum: ꝙ & nos cum chriſto crucifigi debeamus in medio latronum. Nam ſicut ibi tres crucifixi: duo latrones: & medius Iheſus. Sic nobis moraliter crucifigenda ſunt tria. ſ. caro & mundus: qui ꝑ duos latrones: & ſpiritus noſter: qui per Iheſum deſignatur. Caro crucifigenda eſt ſicut latro dexter Gall'. v. qui autem chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerũt cum viciis. Mundus vero ſicut latro ſiniſter. Gall'. vlti. Mihi mũdus crucifixus eſt: & ego mũdo. Iſtis latronibus in nobis crucifixis ſpiritus in medio crucifigitur cũ chriſto: vt dicatur cũ apoſtolo ad Galla. ii. Chriſto confixus ſum cruci: viuo autem iam nõ ego: viuit vero in me chriſtus. Eſt autem ſciendum: ꝙ latro ſiniſter crucifixus quidem fuit: nõ tamen ſaluatus: ſed permanſit in perfidia ſua. Sic mundus licet crucifigetur non ſaluat̃: ſed remanet in immũdicia ſua: et in perfidia. Caro autem crucifixa ſaluatur cũ ſpiritu: quia in reſurrectione ſua glorificabitur. Vnde latroni dixit Iheſus. Hodie mecũ eris in paradiſo. Ad maiorem autem euidentiã predictorum eſt ſciendum: ꝙ crux carnis eſt rigor diſcipline: cuius q̃tuor ſunt brachia. ſ. Vigilia. Abſtinentia. Aſperitas veſtiũ. Et diſciplina verborũ. Crux autẽ qua mundus crucifigitur eſt paupertas ſpiritus. Cuius etiam quatuor ſunt brachia. ſ. Comtemptus glorie. Pecunie. Patrie. Et parentele. Crux vero ſpiritus eſt feruor deuotiõis: cuius ſimiliter ſunt quatuor brachia ſcilicet Amor. Spes. Timor: et dolor. Spes ſurſũ timor deorſũ: amor a dextris: dolor a ſiniſtris. Radix autem ex qua hec omnia pullulant̃ eſt ipſa charitas. Vnde apl'us. In caritate radicati: vt poſſitis cõprehẽdere cum omnibus ſanctis: que ſit longitudo latitudo: ſublimitas: & ꝓfundum: vbi figurã crucis: & eius myſteriũ exprimit aptiſſime: ſcd'm Auguſti. & gloſam: de qua inferius. Ad conformandum ſe huic articulo: recogitet homo quõ pendebat in medio chriſtus: & reuoluet in mente articulum: & documentũ: & ſic vel cõſimiliter oret.

¶ Oratio.

Iheſu qui ꝑ me miſero inter duos latrones crucifigi: & cũ ſceleratis reputari voluiſti. Da ſpiritũ meum in medio carnis & mundi crucifigi: quatinus extremis mihi crucifixis in te medio cõquieſcã Amen.

¶ Veſtimentorũ eius diuiſio. Arti. liiii.

Quinquageſimuſquartus articulus eſt veſtimentorũ eius diuiſio. Cum eni milites crucifixiſſent eum: acceperũt ſibi veſtimenta eius. Et fecerũt quatuor partes: vnicuiq; tunicã pro parte. Ex quo patet ꝙ eorũ fuerunt quatuor. Sed ſuperior tunica criſti in conſutilis erat: ideſt nõ conſuta acu: ſed deſuꝑ ꝑ totum contexta ad modum paleſtinorum: de qua dicebant. Sequitur in textu.

Non ſcindamus eam ſed ſortiamur de ea cuius ſit.

Vt impleret̃ ſcriptura que dicit. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea & ſuper veſtem meam miſerũt ſortem. Pſal'. xxii. Hec fuit abiectio chriſti maxima ſcd'm Criſoſto. In latronibus nihil tale operati ſunt in valde vilibus: cõdempnatis: & abiectis tale fit: vt in nil aliud habentibus: vt dicit Theophi. ꝙ chriſto ad obprobriũ hec faciebãt. Et ex quadam laſciuia: quaſi ſubſannantes dicerent: quia ille dixit ſe regẽ habeamus ſinguli aliquod de regalibus veſtimẽtis eius. O miranda pacientia: et diſpẽſatio miſericordie ſaluatoris q ſicut agnus tondentem & occidentem ſuo vellere veſcit. etce.

¶ Documentum.

Ex hoc articulo habetur documentũ: ꝙ charitas que ſcd'm Auguſti. ſignificatur per tunicã inconſutilem diuidi nõ poteſt: tamẽ ipſa charitas virtutes conectat. Et etiã per tunicã inconſutilem ſignificatur vna ſancta eccleſia catholica: que in vnum omnes colligit quam nemo debet ſciſmare diſſuere. Vnde Canti. vi. Vna eſt colũba mea: vna eſt perfecta mea.

¶ Oratio.

Iheſu qui tua pro me veſtimenta inter crucifixores tuos diuidi: ac ſuper tunicam tuã incõſutilem ſortem mitti voluiſti. Da mihi ſanctorũ tuorũ exempla cũ mandatorum tuorum obſeruantia participare & charitatem tuã in me ſemper conſeruare.

Tytuli ſuperſcriptio. Articu. lv.

Quinquageſimuſquintus articulus eſt tytuli ſuperſcriptio. Scripſit eni Pylatus ad procurationem iudeorũ tytulum cauſe mortis eius: ſcilicet. Sequitur in textu

Ihesus nazarenus rex iudeorum.

q̄si diceret. Ideo crucifixus est: et hoc ad distinctionem aliorum duorum qui pro suis maleficiis crucifixerant. Intendebant autem iudei scd̄m Theophilum per hunc titulum illusorie vituperare personam eius qui se regem fecit: vt sic pretereūtes sui misereri non valerent: sed magis improperarent ei tanq̄m tyranno. Sed Pylatus non sic scripsit vt ipsi voluerunt. s. qui se fecit: sed simpliciter rex iudeorum. Vnde dicit Hieronymus. Iudei illudentes: & inuidentes hoc fecerunt: sed in intentione Pylati aliud fiebat. Operebatur enī diuina vis in corde nescientis: vt dicit glosa. Diuinitus nanq̄ hoc procuratum fuerat: vt talis tytulus super caput eius poneretur: vt per hoc iudei agnoscerēt: q̄ neq̄ etiā occidendo facere potuerunt: vt eum regem non haberent. Per mortis enī patibulum nō amisit imperiū: sed potius corroborauit: vt dicit Rabanus. Commendauit etiā Pylatus eū: licet nesciens in hoc tytulo a tribus Mors enī christi causa erat remissionis: quia Ihesus Collatiōis gratie: quia nazarenus. Adoptiōis glorie: quia rex iudeorum. In quo omnes erimus reges. quem tytulum cum eum legissent pontifices iudeorum: & q̄ in eorum diffamiam esset intelligerent.

Dicebant. Noli scribere rex iudeorū: sed quia ipse dixit rex sum iudeorū. Respōdit Pilatus. Quod scripsi: scripsi.

q̄si diceret. Hoc est verum quod scripsi: ideo nō mutabo: nō corrumpo veritatē. Et si diligitis falsitatem: quod licet Pilatus ignorās dixerit: nihilominus prophetisatū fuerat quinquagesimo psalmo: qui de passione domini loquitur: & duo precedentes qui ītitulatur. Ne corrūpas tytuli inscriptionem. Vnde scd̄m Grego. Hic tytulus fuit immutabilis: nō quia Pylatus eum scripsit: sed quia veritas dixit. Rex inquit sum iudeorū. Hoc est imperator credentium: & confitentium deum.

¶ Documentum.

EX hoc articulo superscriptionis tytuli habetur documentum: q̄ quandocunq̄ impugnamur a demone opponamus sibi tytulum istum. Ihesus nazarenus rex iudeorum. qui ideo titulus triumphalis dicitur: quia triumphum christi contra dyabolum euidenter exprimit: quod sentiēs dyabolus mox affixo tytulo cruci iudeos instigauit vt a Pylato tituli mutatiōem peterent: quod ipse rennuit: vt supra dictum est. Ymmo inter oīa passiōis dominice dyabolus hunc tytulum triumphalem maxime abhorrescit: prout ipsemet dyabolus cuidam persone deuote in visione quadā exactus asseruit: quare: etce.

¶ Oratio.

IHesu qui ꝑ me tytuli triumphalis superscriptione irrisorie diffamari voluisti. Da mihi sub eo tytulo Ihesus nazarenus rex iudeorū sic strennue militari: vt tropheo tuo Ihesus nazarenus rex iudeorum hostis perterritus non audeat mihi appropinquare Amen.


INRI

¶ Illusio crucifixi. Articulus.lvi.

Quinquagesimussextus articulus ē crucifixi illusio. Vbi notandum: ꝙ octies illusus ē dominus isto die. Primo in domo Cayphe. Secundo in domo Herodis. Tercio in pretorio Pylati. Et relique quinqꝫ facte sunt eo pendente in cruce. quarū vna facta fuit in tituli superscriptione: vt dictum est in ꝓximo articulo. Alia fiebat a pretereūtibus. Alia a principibus: & scribis: & senioribus. Alia a militibus. Et hee tres stant sub vno articulo presenti. De quarum prima dicitur in textu.

Pretereuntes blasphemabant eum mouētes capita sua.

Hoc factum fuit primo ꝓpter cognitionis cecitatem. Vnde Symon de Cassia: Nec est mirum si pretereuntes blasphemabant: quia nō subsistunt vt agnoscant inuisibilem veritatem. Pretereunt iudei: nec in scripturis subsisterunt: vt christū possent inuenire: remiserat enī post iudeos ad scripturas. Secundo propter actionis bone instabilitatem: vnde idem: pretereuntes occulta bona pretereunt: nō assistunt oratiōibus & virtutibus coram deo: vt eis fontem veritatis & intellectum mentis aperiat: pretereuntes enī sunt. Et tercio propter redemptionis incōmunicabilitatem: vnde idem: pretereūt illum quem crucifixerunt: vt nec cōmunicare velint passionibus eius: aut participes fieri redemptionis eius: sed mouent caput: velut caput paralitici: atqꝫ freneticì: quibus dissolutio est in membris: & obnubilatum est iudicium rationis. Sequitur in textu.

Et dicebant. Phach q destruis templum dei: & in triduo illud reedificas: salua temetipsum: si filiꝰ dei es descende de cruce

Id ipsum dicit ille. Fatuus populus quod falsi testes conuinxerāt dicentes. Phach qui destruis templū: etce. Phach quod est interiectio indignātis irrisionis: & insultantis: q̄si dicerent. Phach si hoc poteras quare temetipsum non saluas. Si inquiunt filius dei es descēde de cruce. De secūda patet horribilitas huius blasphematiōis per seniorum insultationem: quia nō solum populus cōmunis ipsum blasphemabat: sed & seniores & principes. Vnde sequitur scđm Matheum.

Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant: alios saluos fecit se ipsum non potest saluum facere. Si rex israel ē descendat nunc de cruce & credimus ei. Confidit in deo liberet eū nūc si vult dixit enī qa filiꝰ dei sū.

Super illud. Alios saluos fecit. dicit Beda. Sic etiā nolentes cōfitentur: ꝙ alios saluos fecerit: eo ꝙ vos vestra cōdempnet sententia: qui enī alios saluos fecit seipsum saluū facere poterat. Ad illud. Si rex israel est: dicit Leo papa Hiis vocibus vestris: si rex israel es: stultis & blasphemis reddūt omnia elimenta responsum: et vnam simul in vos sententiam ferunt. Celum: terra: sol: syderaqꝫ indignos vos suo ministerio protestantes: terribili motu insolitoqꝫ defectu: tenebras mundo vestre cecitatis ostendūt. Dicitis etiam. Si filius dei es descende de cruce. Econtrario dicere deberetis: quia filius dei est ideo nō descendit de cruce. Nam ideo venit vt crucifigeretur ꝓ nobis. Nihil enī nasci profuit nisi redimi profuisset. Si rex israel est descendat nunc de cruce: & credimus ei. Mentiebantur. Vnde Grego. O stulte cece grex sacerdotum. Nunquid impossibile est ei de paruo stipite ligni descendere: qui descēdit a celorum altitudine? Nunquid tua vincula possunt illum tenere: quem celi nō possunt capere. Non venit vt se liberaret: quia sub seruitute nō erat sed vt nos de seruitute redimeret. Confidit in deū liberet eum nunc si vult: dixit quia filius dei sum. In verbis istis vocem filiorum dyaboli quē imitantur vocem paternam. Dyabolus dicebat. Si filius dei es mitte te deorsum. Hii dicunt si filius dei es descende de cruce. De sepulchro mortuus resurrexit: quo multo plus fuit q̄m de cruce descendere viuus: quare non crediderunt. De tercia dicitur in textu.

Illudebant autē ei & milites dicētes. Si rex es iudeorum saluum te fac.

Hec illusio militum nō ex odio sed ex vsu malorum satelitū procedebat: quorū vsus est & cōsuetudo insaltare dampnatis. Arbitramur tamen illam illusionem etiam processisse de complacentia iudeorum: vt quoniam illi deridebant: isti eis malo placito volebant esse consimiles. Saluum te fac in virtute quam de te predicasti. In potestate reedificādi templum: a morte redimendo. Itaqꝫ fecerant quatuor differentie ludentium christo in cruce. Prima fuit sedentiū qui eum obseruabant ne euaderet: vel ne aliquis ipsum de cruce viuū deponeret. Secunda pretereuntium qui eum blasphemabant. Tercia stantium sacerdotum & seniorum. quarta pendentium latronum. Per quos tunc significātur quatuor genera hominum virtutem eius abnegātium. In sedētibus enī deliciosi: & accidiosi qui deliciis carnis intendunt. In pretereuntibus cupidi: & auari: qui pretereuntia sequuntur: & viam iusticie pretergrediunt. In stantibus superbi & elati: qui stant erecti per appetitum excellentie. In pendētibus impaciētes: & querulosi de aduersitate. Ad istas blasphemias pro certo respondit Ihesus more sue naturalis bonitatis: ꝓut Gregorius xiiii. moralium sui dicit. Mens piorum solet hoc habere proprium: ꝙ cum iniusta patitur non ad iram sed ad preces mouetur. Sicut Ihesus qui tunc primum verbum protulit in cruce dicens.

¶ Sequitur in textu.

quo verbo docemur petẽtes nos cito exaudire: iniuriasq́ remitere **Pater ignosce illis qa nesciunt quid faciunt.** & vindictas nõ expetere: ac etiam pro inimicis intercedere & orare: eosq́ diligere. Ad tante pietatis verbum emoliatur cor nostrum. Sicut dicit in psalmo. Hodie si vocem audieritis nolite obdurare corda vestra. quia nesciunt quid faciũt. s. bonũ mihi & malum sibi. Reuera ita est: qui malum alteri facit nescit q̃ntam culpam & penam sibi inferat: q̃ntamq́ gratiam & coronam alteri acquirat. Vel nesciunt quid faciũt: quia ignorant q́ filius tuus ego sum. Sciunt quia crucifigunt: ignorant quem crucifigunt. Vbi scd̃m Bedam: pro eis non orauit qui ꝑ inuidiam et superbiam eum quem filium dei intellexerunt negantes crucifixerũt. Sed pro eis qui zelũ dei habentes: sed non scd̃m scientiã: nescierũt quid fecerunt. Erant eni ibi aliqui simplices & illitterati a sacerdotibus iudeorum decepti: qui persequebantur christũ zelo legis: & pro istis orauit non frustra quia post eius passionem vno die tria milia conuersi sunt. Et alia die quinq́ milia. Haut dubie quin hoc virtute huius orationis christi proueniret. Sicut dicitur in glosa super illo Esaie. Et pro transgressoribus orauit. O q̃m dulcis in oratiõe christi ad crucifixorum malleationem erat melodia de cuius cõsonantia conuersi sunt tot milia. Nec mirum: quia ipse tantam mansuetudinem seruans in cõtumeliis Tantam pacientiam ostendens in tormẽtis. Sic miram benignitatem exhibẽs crucifixoribus euidentius declarauit se filium esse dei patris quẽ orabat. quid eni magis hac benigna pietate miraculum.

De contemplatiõe illius verbi scʒ Pater ignosce illis.

Hoc verbum magne pacientie & consuetudinis magni amoris: & indicibilis bonitatis magni dulcoris: & venie fuit. In quo triplex actus charitatis maxime apparuit. Primo: qa ꝑ crucifixoribus affectuosissime orauit. Secundo quia orationi lachrymas adiũxit. Tercio quia cum valido clamore & lachrymarum effusione pro ipsis preces obtulit. Vnde Bernhar. Cristus flagellis cesus: spinis coronatus: clauis cõfossus crucifixus: obprobriis saturatus: omniũ dolorũ immemor ait. Pater ignosce illis. Hinc multe misericordie corpis: hinc multe misericordie cordis. O q̃m firmata est super impios misericordia tua. Et q̃m magna multitudo dulcedinis misericordie tue: quoniam potabis domine desiderantes te torrente voluptatis tue. Et iterum Anshelmus. qualis est hic qui in omnibus pressuris suis nec semel os suũ aperuit: vt aut querele: aut excusationis: aut cominationis: aut maledictionis verbum aduersus maledictos illos proferret: & nouissime verbum benedictionis quale a seculo non est auditum pro inimicis suis effudit. quid hoc viro mansuetius? quid benignius? o ãia mea vidisti. Considera illud pectus dulcissimũ quã tranquillitatem pietatis obseruauit. Non suam ostendit iniuriam: non penam reputat: non sentit contumelias: sed ipsis potius a quibus patitur ille cõpatitur. A quibus vulneratur ille medetur: vitã procurat a quibus occiditur. Reconde in thesauro cordis tui hoc verbum christi dulcissimũ: vt quotienscũq́ seuiant inimici: memoriam habundantie suauitatis boni Ihesu valeas eructuare. Hoc verbum tanq̃m clipeum contra inimicorum insultus opponẽs. Oret sponsus tuus pro suis occisoribus: tu ne orabis pro detractoribus Sed aduc ipsam orationem videamus. Pater inquit q̃le nomẽ patris ponit. Solent pueri patres aliquid affectuosius orare volentes nomẽ paternum nominare: vt naturalem dilectionem ipsis ad memoriã reducant per quam facilius petitionis sue cõsequentur effectum. Sic & Ihesus miserator & misericors patiens & multe miserationis suauis vniuersis: q̃m uis se a patre semp sciret exaudiri: tamen nobis cõmendãs cum q̃nto sit affectu pro inimicis orandũ nomẽ posuit charitatis. Tanq̃m diceret per dilectionem paternam qua vnum sumus suplico tibi pro his vt exaudias me meis occisoribus ignoscendo. Agnosce filii tui amicitiam: vt inimicis ignoscas. Item scd̃m Hieronymũ. Omnes ille illusiões facte sunt ex immissione demonũ: qui statim vt crucifixus est dominus senserunt virtutem crucis. Et intellexerunt fractas virtutes suas esse. Ideo hec agunt vt de cruce descenderet. Sed dominus sciens aduersariorum insidias permanet in patibulo: vt diabolum destruat fide. O clemẽtissime domine q̃nta est pacientia tua.

Documentum.

Ex hoc articulo est documentũ q́ nos dum fuerimus in sublimi contemplationis vel sacre actionis: aut sancte religionis positi non debemus ad verba subsannantium ad occupatiões mundanas descendere. Sed potius easdem subsannationes puersorum hominum sustinere. Sicut christus ad iudeorum insultationes: & temptatiuas: exprobationes de cruce noluit descẽdere: sed ad vsq́ mortem illic ꝑseuerauit. Vnde dicebat viris iudeorum Iudi. ix. Nunquid possum deserere vinum meum quod letificat deum & homines. Similiter oliua & ficus.

Oratio.

Ihesu qui pro me in cruce positus exprobrabilibus verbis illudi voluisti: ac pro tuis crucifixoribus tam pie exorasti: fac me ꝑ nulla dyabolica: vel humana suggestione de sublimi sancte religionis descendere: sed in tui amoris amplexu iugiter ꝑmanere: atq́ cunctis pro te mala mihi facientibus parcere: & pro ipsis semper exorare.

Latronis exprobratio. Articulus lvii.

Quinqgesimusseptimus articulus ē latronis exprobratio. Vnus eni de hiis qui pendebat cum eo latronibus. s. sinister cepit ei exprobrare dicens: vt sequitur in textu.

Hec fuit octaua illusio: que fuit amplioris despectus q̄m alie tres

Si tu es christus salua te/metipsum & nos.

eo q̄ tā vilis & sceleratus homo & iam ad mortem damnatus: & mox ꝑ sceleribus moriturus insultauit vite autori. Et ideo de hoc merito fit articulus specialis. Sed respiciens alter increpauit eū dicens Neq; tu times deum qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste. Nam digna factis recipimus. Hic vero nihil mali fecit. Super quo miratur Augustinus. quis inquiens illum docebat nisi qui iuxta illum pendebat. Erat eni ei fixus i latere: sed habebat eum in corde. Vnde cōuersus ad Ihesum dixit. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Et tunc Ihesus protulit sc̄dm verbum in cruce dicēs ad latronem: vt sequitur in textu.

Hanc promissionem fecit cristus latroni. Primo ꝑpter dyabolorū triūphationē.

Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.

Vnde Theophilus. quemadmodum quisq; rex victoriosus redīēs ex triumpho optima predarū fert secum. Sic & dominus predatus potiorem dyabolicarum predarum. s. latronem ducit secū in paradisum: idest fruitionis gaudiū: quam habuerunt sancti patres in limbo: cum ad eos descenderat anima christi. Ecce q̄m liberalis ymmo q̄m prodigus homo factus est: quia latroni regnum: crucifixo celū: dampnato paradisum pro breui peticiōe largitur. Et plus ei contulit q̄m petierat: sicut semper diuina largitas solet. Pulcerrime datur affectuande cōuersionis exemplum q̄ tam cito latroni venia relaxat̄ quia vberior semper est gratia q̄m precatio. Dixisti latroni: hodie mecū eris in paradiso: vt desit locus desperationis: qui parcis latroni vt ostendas fructū penitentie: fontem misericordie: celeritatem indulgentie. Tu eni medicus animarū saluas latronē seipsum accusantem: teipsum excusantem: misericordiam inuocantem: & blasphemātem socium increpantem. Proinde cognosce quid conferre possit resurgens & regnans qui moriens talia donat q̄nta est largita libertas si tanta conferet extrema captiuitas: & quod verū sit quod pollicitus ē dicit. Amen idest addixit cum iuramento. O q̄ntum viroris habet folium istud: q̄ntam dulcedinē resonat chorda.

Contemplatio de illo secundo verbo scʒ Amen dico tibi.

Hoc est verbū dilectissimi Ihesu cithare nostre dictum ad latronem: q̄m subito ex hoste factus est amicus: ex alieno familiaris de extraneo ꝓximus: de latrone confessor. quis de tam pio exauditore: veloci ꝓmissori: prompto redditore desperet. Speramus in te qui nouimus nomen tuum: quoniā nō derelinquis querentes te. Accedamus ergo ad te o benignissime Ihesu mente qua possumus sedentē in throno maiestatis orātes vt a te et ad te mereamur introduci quo ingressus est tuus latro: & confitens in throno crucis. Sed ne procrastines vsq; ad horam mortis exemplo huius latronis penitere & inuenire locū domino. Nam & si optimū sit ac salubre consilium de misericordia dei querere refugium: totū tamen hominem ex ea pendere stultissimū est solacium: quia misericordia & veritas in eo obuiant sibi. Priuilegia quoq; paucorum non faciunt legem cōmunem Et q̄m pauci sunt qui in morte vere peniteāt. Nam sicut monstruosum esset: q̄ lupus caudam ouis haberet. Ita monstruosum videt̄ q̄ vita mala bono fine claudatur. Vnde latro hic quatuor legit̄ fecisse pro quo veniam meruit a christo.

Per quatuor latro veniā meruit a christo

Primū quia cōsortem blasphemā increpauit dicens. Ne tu times deū. Secundo seipsum accusauit dicēs Nam tu et ego digna factis recepimus. Tercio christum excusauit dicens. Hic homo iustus. Et quarto veniam postulauit dicēs. Domine memēto mei. etce. De quo dicit Gregorius xviii. moralium. Nil in eo liberū: nisi lingua & cor remanserunt: & ipse domino inspirāte ei totum obtulit quod in se liberum inuenit: vt corde crederet ad iusticiā: et ore cōfiteretur ad salutem. Fidem habuit: quia christū regnaturum deum credidit. Spem: quia regni eius aditum postulauit. Charitatem: quia christum exaltauit: & socium suū pro iniquitate sua arguit: & sibi predicauit vitam: dicens neq; tu times deū. quē credis ita circa finem vite sue posse ꝑficere. Attende fidei latronis huius magnitudinē q eum regnare credidit quem tam miserabiliter mori vidit. Vnde Augustinus. Magna fides huius latronis fuit quia non timore astantiū: nec proprii doloris acerbitate nec socii sui blasphematiōe: nec carnis christi apparente infirmitate: nec apostolorū fuga & negatiōe retrahitur a veritatis seu vere fidei confessione: propterea fuit ei remissio culpe: & totius pene: q̄a plus videbatur affligi ex christi compassione q̄m ex sua propria passione: que tantū meruisse non potuit. quilibet igitur peccator esse debet sicut latro dexter scilicet seipsum cognoscere: proximum corrigere: veniam a deo petere: & sic salutem oratiōibus impetrare. Redi ad cor tuū aliquando: redi vetus adā & vide quō te requisiuit & inuenit nouus adam. quis eni latro ille nisi adam fuit: ymmo non latro: sed martyr & confessor: qui necessitatem vertit in voluntatem. Et penam cōmutauit in gloriā: & crucem in triumphum. Respira ergo nunc in spem venie quecūq; peccatrix anima: si tamen pacientis ꝑte domini tui non horres sequi vestigia.

Documentum.

EX hoc articulo habetur documētum: q discamus exēplo christi calumnias etiam a vilibus personis pacienter supportare. Et est documentum in latrone dextro: q iniurias dei nullatenus tollerare debemus sed reprehendere: sicut ille latro fecit. Et est documentū q q̄ntumcunq simus peccarores scelerati de dei misericordia tamen nullatenus desperamus exemplo istius latronis: qui per vnū verbum factus est heres paradisi: vt dicit Augustinus. Cōformatio illius articuli sumetur ab oratione.

¶ Oratio.

IHesu qui pro me ab vno latrone illusorie exprobrari: & ab alio venerabiliter confiteri voluisti: fac me pro tui nois gloria dum expedit malorū vituperia equanimiter sustinere: tuas non pati iniurias: & cum illo venerabili latrone paradisi gaudia possidere Amen.

¶ Materni doloris cōpassio. Arti. lviii.

QVinquagesimusoctauus articulus est materni doloris compassio Cum eni Ihesus in cruce vidisset matrē stantem iuxta crucem. Matrem inq̄m tam singularem pre ceteris matribus virginem. Matrē humilem pre omnibus matribus filium diligentem. Nec mirum quia matrem filii dei vnigeniti: matrē pre omnibus matribus amplius dolentem: cuius illam felicissimam animam gladius transuerberauit O q̄ntū acumulat super te qua te opprimeret compassionis vehementiam: & quasi parturiētis angustiam deus. Et qui te letam & ab omni angustia in partu tuo virgineo effecit. Et de te deus et homo natus te super parturientis angustiam: dolor eius affecit quando corā oculis tuis benedictus fructus ventris tui passus: crucifixus: occisus ē: vt merito posses dicere qd̄ dicebat illa vetus noemi quōdā. Ruth. i. Nolite me vocare noemi: idest pulcram: sed vocate me mara: quia amaritudine me valde repleuit omnipotens. Hec enim omnia in statera cordis sui appendens cum dilecto suo plangente: plangebat cum dolēte: gemebat: iuxta crucem assistebat vt totus ei affligeretur in corde qui totus pro ea fixus fuit in cruce. Hanc ergo matrem cum videret Ihesus: commota sunt omnia viscera eius super matre sua. Compatiebatur quippe: & ipse filius matri cōpatiente sibi. Ecce addidit tibi amoris sagittam quam a te missam acceperat. Vnde dixit. Vulnerasti cor meum soror mea in cōtuitu oculorū tuorū. Et ipsa viceuersa. Sciebat enim ipse angustias materni cordis: nouerat dolorem anime eius. Et quot dolores quos ipsa in sua parturitione non senserat modo geminabatur sibi in eius passione. Ideo quia et ipse geminum dolorem in cruce patiebatur. s. sui & sue matris. Et ille dolor non fuit minimus: ideo merito facit articulum specialem. Adauxit eni vulnerum passiōem materna cōpassio quā tam con tristissimo corde manibus complosis: oculis lachrimarum torrente fluentibus: vultu contracto: voce querula: et totis corporis viribus. Attamen viriliter eam vidit sibi astare pendenti. quotiens ipsa propter verecundiā pariter immensitatem doloris stantem: vt estimo capite coopto ingeminasse putas lugendo filium. Et dicendo. Fili mi quis mihi det vt tecum & pro te moriar: fili mi dulcissime Ihesu. Et reliqua infra articulo sexagesimoquarto. quotiēs ipsam ad illa inmitia vulnera verecūdos putas oculos eleuasse: si tamen eos inde aliquando deflexit. Vel si pro modo fluxu lachrymarum illa potuit intueri: quotiēs ipsam pre immensitate doloris credis potuisse deficere: que viuens moriebatur viuendo: ferens dolorem morte crudeliores. Sed ne moriēdo deficeret a filio pro ipsa moriente confortata est. Nam cum vidisset suam matrem & discipulū stantem quem diligebat Iohannem euangelistam commendans discipulo dixit matri: quod erat tercinm verbum in cruce: scilicet. Sequitur in textu.

Mulier. Ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua.

quis sine singultu audiet eū hec verba dicentem Nō dicit mater num nomen ne matris auditum amplius viscera cruciaret. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et dum hec pauca diceret illi duo dilecti semper lachrymas fundere nō cessabant: tacebant ambo illi martyres: & pre nimio dolore loqui non poterant. Et ex illa hora accepit eā discipulus in sua. s. officia. Vel scd̄m aliam litterā: in suam. s. matrem: vel in suam curam. Hoc terciū verbum christi. s. Mulier: ecce filius tuus: maxime fuit solicitudinis amoris & pietatis: eo q in tantis doloribus constitutus matris mestissime curam gessit: & ei de ministro preuidit. In quo nos docuit cōpati parentibus afflictis: & in necessitatibus subuenire. Cruciat te domine Ihesu crux tua: sed nō minus dolor eius. Non est mirum si doles & cōdoles si pateris si compateris bone fili in desolutione matris. In separatione matris. In cōmendatiōe matris. Super quo dicunt doctores: & maxime Bonauentura q dolor compassionis christi maior fuerit: & intensior q̄m dolor passionis eius: quod approbāt ad longum: hic locum nō habens. Sequit̄ in textu

Stabat autem iuxta crucem mater Ihesu.

Stabat que per peccatū nunq̄m ceciderat Stabat que cūctis viris recedētibus omnibusq discipulis fugiētibus in gloria totius feminie generis inter tot pressuras filii cōstanter cū illo solo remanebat. Vbi impletum est illud Esaie. lxiii quod filius eius conquerit̄. Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum: sed mulier sola remansit. Et non solū stetit quia nō fugit: sed ideo stetisse dicitur: quia in tanta cordis tristicia nihil indecēs vel indisciplinatum egisse legit̄. q̄mq̄m ipsa totum illud sustinuerit in corde: quod ipse filius su

us sustinuit extra in corpore. Ibi erāt dolores parturientis. Ita vt quos effugit pariens in filii nunc passione sustinuit. Esaie vl. Anteq̄m parturierat peperit & anteq̄m veniret partus eius peperit masculū. Ex hoc sequitur ꝙ aliquando peperit sine parturitiōe: sine dolore. Et postea sequitur. Nunquid parturiet terra vna die. Aut omnis gens simul. Nunquid parturit terra vno die: aut omnis gens vice vna. Primo igitur peperit filiū suum primogenitū sine dolore in natiuitate sua: postea peperit totā gentem simul in filii passione vbi facta erat ei adiutoriū simile sibi. Vbi ipsa mater misericordie patrem misericordiarum in summo opere misericordie adiuuit: et vna secum omnes homines regenerauit. que quidem generatio cum summo dolore vtriusq; fuit. Vnde glosa ibidē. Post multo dolore in fide genuit. Ex his patet: ꝙ pater misericordiarū soli matri misericordie opus summe misericordie: idest passionē cōmunicauit. Hec Albertus. Patet etiam ex dictis: cur cristus matrem quam summe dilexit presentem in passione habere voluit. Primo videlicet: vt mater nostra paciendo fieret: sicut pater noster in regeneratione per passionem cui in martyrio conformamur: per quam etiam passionem baptismus efficaciā habet. Secundo vt figura responderet figurato: quia eni per Adam et Euā perditi sumus: ita p christum & Mariam liberati sumus: nō filie iam ire: sed gratie. Tercio vt post christum virginem nostrā matrem omnes honoremus. quarto: vt meritum virginis esset latius. quinto: vt pena christi esset acerbior presente matre per quam suā maximam charitatem ad nos ostendit. Stabat etiā: quia preter eam omnes a fide recesserunt. Vnde dicitur de ea. Posui sti testamentū tuum sup caput eius: quia post mortem filii sola fides remāsit in oratiōe virginis: vbi per rationem intelligitur caput.

Qualis fuerit virginis dolor et cōpassio

Albertus magnus exponens illud. Tuam ipsius animā pertrāsibit gladius: dicit: ꝙ verior sententia sit ꝙ pronomen resoluatur in primitiuū: tuam: hoc est tuiipsius Marie animā: non corpus pertransibit in diuersa secando gladius: hoc est pena passionis que in filio tuo est in corpore: peruerberabit animam tuam in passione: vt dolores quos non habuisti in partu: vt sentires te esse matrem: nunc exolues in morte matrem te sentiendo. Ipse quippe virgini erat quasi cor suū: preterea quando nascebatur ex ea ipsa sensit ꝙ quasi dimidium cor eius nascere tur. Et sicut illud quod dimidium est extra: et dimidium intra. Si illud pungitur quod extra est: eque sentit dolorem quod intus est. Sic cum flagellabat & pungebatur filius virginis: quasi cor eius flagellabatur & pungebatur. Et ideo ei videbatur ꝙ quasi cor eius perforaretur cū vidisset cor filii sui charissimi lancea perforari. Vnde non paruū miraculum tunc deus fecit ꝙ virgo mater eius tot & tantis doloribus intrinsecus sauciata suū spiritum nō emisit quando tam dilectum filium suum: nudum & cruentatum: viuum & mortuū: atq; lancea transfixum omnibus eum deridentibus inter latrones pendere prospexit. Dum illa vxor Phinees archam dei ab inimicis captam percipiens: pre doloris vehemētia ꝓtinus expirauit: que tamē minoribus multū doloribus virginis vrgebat: ita ꝙ eius dolores virginis doloribus comparari nō potuissent que filii sui benedicti corpus: quod archa predicta figurabat inter clauos & lignum pendere ꝓspexit: que iam nocte transiens per ciuitatem hierusalem: tam pie & amare flebat: ꝙ etiam viros ad luctum prouocabat Nam hoc maxime doloris angustias augmentabat ꝙ illum videbat morientem totum afflictum: laceratum: anxiū: sitibundum: & violentatū pre sertim sub crucis onere: et in crucis extensione. Et sup hoc cogit intrare sub alieno tecto dies ducere lugubres & elymosinis sustētari mater dei: regina celi: mundi domina. Sed quid ita. Dominus voluit: qa eā sup omnem creaturam exaltari post mortem disposuit: ꝙ donum tam ineffabile q̄m singulare prestare noluit meritis alienis: quia retributio future glorie compensabitur scdm ꝓpria merita non aliena: sed diris laboribus & doloribus ꝓpriis in summa paupertate & extrema vilitate: in summa humilitate purissima castitate: plenissimaq; charitate: et ceteris similibus: precipue in summa penalitate dolorum & angustiarum: vt eādem viam quam precessit ipse sequeretur.

Documentum.

Ex hoc articulo habetur documētum: ꝙ nos debemus compati parentibus nostris afflictis. Nihilominus curam eis impendere: quando indigent iuxta mandatum domini dicentis. Honora patrem & matrē: quod nos docuit christus sui exemplo: scdm Augusti. Lignū illud vbi erant fixa membra morientis: etiam cathedra fuit magistri docentis. ꝙ si nos volumus in hoc articulo cōformari cristo compatiemur & sue matri ymmo & nostre dilecte: qa cōpassus est & ipse. Sicq; vel consimili modo oret

Oratio.

IHesu qui pro me in cruce materne cōpassioni cōpatiens: ac ipsam dilecto tuo discipulo: & ei discipulum commendare curasti. Cōmendo me tibi: ac omnia mea in illa fide & dilectione qua eos inuicem cōmendasti: suppliciter exorās: quatinus obtante dilectionis pignora me facias ad amorem tuum veraciter peruenire: ac eorum cōmendatiōe inter huius vite discrimina ab omni aduersitate & periculo custodiri Amen.

Sui a deo derelictio. Articulus lviiii.


QVinquagesimusnonus articulus ē sui a deo derelictio. Cum eni esset iam circa horam nonā tenebre facte sunt

super vniuersam terram: a sexta vsq; ad horam nonam. Et obscuratus est sol patiens eclypsim vniuersalem et miraculosam. Vnde Augustinus. quia eni agnus innocēs verus sol iusticie eclypsim patiebatur: sol iste visibilis clarissimū mundi lumen factori suo compatiens lucis sue radios retraxit & occultauit non valens intueri pendentem dominum: & mortis eius vilitatem & acerbitatem. Et tunc hora nona protulit quartū verbum. Sequitur in textu.

Symon de Cassia Voce magna clamabat: q magna tormēta patitur. Voce magna qa iniusticia quam patiť magna. Voce magna corporis: sed plus in virtute. Voce magna cui pene non preualebant nisi q̄ntum ipse volebat: non erat eni aduc vilitate euectus. Voce magna: vt eum audiant atq; sciant in cruce pendentem: & de proximo morientem quem suauiter vbiq; docētem pertinaci animo contempserunt: voce clamauit magna dicēs. Deus deus. etce. Et hoc non loquitur deitas que passa nō fuit: quia diuinitas in christi passione semper illesa permansit. Sicut si sole superlucente in ligno securis lignum incideret sol impassibilis remaneret. quod tunc fuit quartum verbum eius in cruce ab humanitate christi prolatum: que tunc derelicta videbatur: quia tantis penis: & ipsi morti tradita fuit. Derelictus in penis vt ex hoc & ex ipsis nascatur nostra delectatio. Miraculose factum fuit vt redundantia gaudii superioris portiōis insensualitatem que tūc in aliis martyribus semper affuit suspenderetur: ita q, in nullo remisit dolorem: sed omni & totaliter eum dolori subiecerat: vt doleret q̄ntū dolere poterat. Nullum penitus refrigerium: vel iuuamen recipiens ab eo: & ideo clamabat se derelictū qui relinqui non poterat: quia multa membrorum suorum ad tantam tribulationem erant ventura: vt a deo derelicta penitus viderentur. Benedictus sit amabilis dominus benignissimus Ihesus q primo in se pro nobis: nunc vero etiam nobiscū in nobis pati dignatur tribulationem nostrā quam pro iusticia patimur suam reputās. Et clamans cū ipso sum in tribulatione. Vt in ipso stabilius & securius cōfidamus. Hec pena derelictionis maior fuit omnibus penis: ymmo sine hac nulla fuisset pena. Vnde bis ingeminat deus meus: vt ex hoc ostendatur immensitas sui doloris tam incorpore q̄m in anima. Vnde scđm Bonauēturam. Clamauit voce magna propter nimium dolorem: maxime tamen propter generis humani ingratitudinē. Nam de toto genere humano qui sue passionis fructum tunc perciperet inter omnes viuentes non erat nisi latro pendēs a latere dextro. Et virgo eiulās sub patibulo crucis christi. Vnde dicit. Cur me: quasi frustra tot passionibus exposuisti. O domina mea q̄nto dolore tenebaris: quando filiū tuum sic clamantem audiebas. Clamauit voce magna etiam pectatum in clamando quod fuerat tante mortis & miserie causa: quia scđm Ambrosi. quorū suscepit naturam horū plorauit miseriam.

Clamauit Ihes9 voce magna dicens. Hely hely lamasabathani. Hoc est deus meus: deus meus vt quid dereliquisti me.

Documenta.




Documenta huius articuli sumuntur a documentis aliorum articulorū: puta: q in nostris tribulationibus debeamus ad deum recurrere: & ei desolationem nostram conqueri orando: vt ipse tribulationem nostram dignetur aspicere. Sicut christus in angustia tribulationis positus clamauit ad deū patrem dicens. Deus deus. etce. qa scđm glosam: illud verbum nō fuit tantum cōquestiōis: sed et oratiōis implicite. Sicut eum dixit in psalmo explicite: vbi dicit. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. De qua oratione videtur loqui apostolus de christo. qui in diebus carnis sue preces clamore valide: & lachrymis offerens: exauditus est p sua reuerentia.

Oratio.



Domine Ihesu christe fili dei viui: qui hora diei nona pro me misero peccatore pendēs in cruce voce magna ad patrem clamasti. Hely heli lamasabathani: hoc est deus meus deus meus vt qd dereliquisti me. Da mihi in omni tribulatione & angustia mea ad te deum meum voce magna cordis mei clamare: vt sic tu me nunq̄m patieris velut derelictum a tua misericordia reprobari.

Aceti potatio. Articulus lx.



Sexagesimus articulus ē aceti potatio Post predicta eni sitiens Ihesus: quia omnia consumata fuerunt que lex et prophete de eo predixerant. Vnū aūt aduc superat: quod de eo scriptū est. In siti. s. mea potauerunt me aceto: vt consumeretur scriptura dixit. Sitio. Ibi ly: vt non dicitur causatiue: sed consecutiue. Nam scriptura vt sepe diximus: non erat causa vt taliter potareť aceto: sed vt scriptura ideo consumaretur: quia filius p pphetam hoc predicere fecerat q ipse sicut ab eterno preuisum erat in suscepta carne pro nobis fuerit impleturus. Et sic in aliis suo modo intellige: vt sequitur in textu.

Vt consumaretur scriptura dixit: sitio.

quod fuit quintum verbū quod in cruce ptulit. Cum eni ex diuturno: & continuo suspendio: nimioq; solis ardore. Et sanguinis effluxio aruisse quasi testa noua sitiēs aquas: vt impleretur illud Psal'. Aruit tanq̄m testa virtus mea: & ligua mea adhesit fau. meis: & i pulue. mor. deduxi. me. Dixit sitio: ad litterā. Nimirū quoniā minuti plus sitiunt. Sed Ihesus nimis grauem horribilem & intollerabilem habuit minutionem: videlicet septuagintaquinq; qnater centūmilia quinq; tot

fertur christus pro nobis vulnera passus. Sed Bernhardus tractans hunc articulum dicēs. O bone Ihesu qd clamas sitio: an ignoras q aduersarii tui acetum felle mixtum p sicera ministrabunt: qui populum sitientem in deserto potasti. Et respondet in psona christi. Sitio peccatorum conuersionē: lachrymas penitentie: compunctionis: passionis: & intime deuotionis. Sitio salutem vestram: & omnium animarū redemptiōem. Vnde q molestia sit expressa non sine grandi mysterio fuit. Non eni sitiebat vinum vel acetum quod sciuit sibi eos ppinaturos Sed quem potum sitiebat fons aque saliētis salutaris: vena vite: torrens voluptatis: fluuius irrigans celestem paradisum. Profecto sitiebat nostram salutem: nostram videlicet sitim sitiendo desiderās: vt nos sitiremus ad deum fontem viuū. Vnde ait iterū Sitio ad vos omnes qui transitis per viam vt attendatis & videatis si est dolor similis dolori meo: vt per cōpassionē corda vestra scindatis: quia propter vos hodie scissum est cor meum. O bone Ihesu de siti clamas: de cruce siles: coronā spineam sustines: & omniū vulnerum tuorū obliuiscaris. Iudei & gentiles sitiūt sanguinem tuū te occidendo: tu sitis eorum salutem pro eis moriendo: quasi diceret in persona christi. Plus animarum vestrarū salus q̄m corporis mei cruciatus me tenet. Proinde in hoc ipso verbo domini notabatur etiam magna compassio matris Iohannis: & sociarum eius. Textus.

Erat autem ibi vas aceto plenum: & illi spongiam cum aceto ysopo circumponētes obtulerūt ori ei9

Ille potus aceto sus fuerit ei porrectus. Primo ppter scriptorū verificationem. vnde psal. lxviii In siti mea potauerunt me aceto. Secūdo propter iudeorū degenerationem. Vnde Augustinus. Iudei ipsi erant acetū degenerantes a vino patriarcharū & prophetarum in acetum: idest maliciam & crudelitatem habētes fraudulenta corda. Vas ergo erat appositum aceto plenū. Tanq̄m eni de pleno vase de iniqtate mundi huius impletū cor habentes velut spongia cauernosis quoddammodo a tortuosis latibulis fraudulentum.

¶ Documentum.

Documētum ex hoc articulo sumitur: q nos caueamus ne vinū myrrhatum vel fellitum christo bibendum offeramus: quia scdm Augustinū Sicut tūc iudei etiam hodie mali christiani dant deo bibendum amarum potum: & christo sitienti salutē animarum offerunt amaritudinem peccatorū. quicūq eni recte credunt: sed male viuunt: hii christo dant bibere vinum cum myrrha et felle mixtum: quia vinum christiane professionis vel deuotionis miscēt cum myrrha & felle scandalose conuersationis. In q̄ntum male viuendo scandalisant ecclesiam: quales sunt precipue mali prelati. Et potest etiam sumi in bono sensu: vt in oratione.

¶ Oratio.

Ihesu qui salutem nostram sitiens aceto vino myrratho & felle potari voluisti: fac me vinum deuotionis cum myrrha carnis mortificatione: atq fel le penitentialis compunctionis tibi digne offerre: & acetum infidelitatis vel scandali nequaq̄m bibere sed gustare.

¶ Totius passionis cōsumatio. Arti. lxi.

Exagesimusprimus articulus est totius passionis consumatio. Cum eni accepisset acetum tunc sextū verbum in cruce proferens dixit. Sequitur in textu.

Consumatum est.

Tanq̄m si in gustu aceti et fellis totius amarissime passionis consumata plenitudo consisteret. Sicut ergo caput nostrum p peccatis nostris acerbitatem sustinens passionis vsq ad cōsumationē: idest perfectionem scripturarum que de ipso erant: pacienter perseuerauit: ita & nos si huius capitis mēbra esse volumus in omnibus aduersitatibus nostris virtutem perseuerantie conseruemus. Vt ad finem omnium passionū nostrarum ipso benignissimo Ihesu duce veniamus. Vt cum dicere possimus cōfidenter consumatum est. Hoc est tuo adiutorio nō mea virtute: bonum certamen certaui: cursum consumaui: fidem seruaui. Est autem consumare: idem q summare. Vnde tunc aliquid consumatur quando omnia sigillatim acta passim simul sumantur: idest in suma recolliguntur. Sic & in proposito fuit. Nam postq̄m christus omnes passiōes suas in lxv. articulis prelibatis sigillatim pertulerat: & nihil amplius circa mortem paciendum restaret. Tunc demum omnia pro posse rememorās recollegit ea simul in vnam summam: & obtulit ea deo patri dicēs Consumatum est: quasi diceret. Consumatū est: quicqd prophete diexerunt de me consumatū est opus totius passionis mee: quod cū deo patre meo offero p salute humani generis. Neq hec consumatio fuit sine naturali pena. Sicut si quis pertransit iam multa pericula: vel grauia supplicia non sine magno horrore potest ea recogitare: licet ex alia parte gaudeat ea preteritum transiuisse. Talem horrorem dolorosum nō dubiū quin habuerit christus in consumando omnia perpessa. Nec mirum quia talis cōsumatio virtualiter vel etiam integraliter cōtinebat in se omnes partes passionis quas simul in summa significabat cum dicebat. Consumatū est. quare non immerito hec consumatio facit articulum specialem. Postq̄m igitur in singulis membris ipsius acutissimarum passionum militantes sagitte crebrescerent quarum indignatio ebibebat dicebat vt tibi vbiq vehiculū nequaq̄m remaneret immune. Repleuit me amaritudine inebriauit me absinthio.

¶ De illo sexto verbo.

Hoc sextum verbum magne perfectionis fuit cum dixit consumatū est: per hoc insinuans q omnia consumauerat: vt supra diximus: que ꝑ salute humana ipsum christū pati vel agere oportebat: quod patet per modum exempli. Nam sicut bonus medicus: primo infirmo dietam taxat. Secūdo sudorem procurat. Tercio si predicta non sufficiunt indicit minutionem pro humorum correctiōe. quarto ministrat potionem ꝑ male materie euacuatione. Sic christus vt nos a morbo peccati sanaret pronobis Primo q̄draginta diebus ieiunauit. Secundo sudorem sanguineum pro nobis exalauit. Tercio per totum corpus suum minutionem celebrauit: quando pro nobis totum sanguinem suum habundantissime sine numero & mensura fudit: sic q corpus suum in cruce pendēs tanq̄m cremium exaruit. quarto & vltimo predictis antitodis non contentus potionem amarissimam sumpsit: quando pro nostra egritudine fuganda se felle & aceto potari ꝑmisit Et ideo rationabiliter dixit consumatum est. Innuens per hoc vt omnia compleuerat que pro nostra salute fienda erant. quod sextum verbum magne efficacie esse in periculis perhibetur ab expertis. Et specialiter valere dicitur in immoderato fluxu sanguinis de naribus: si cū eodem sanguine scribatur idem verbum cū deuotione in fronte pacientis. Ne mirum cum sit verbū illud in quo tota summa passionis christi contineatur cuius vis indicibilis esse perhibetur.

Documentum.

Ex hoc articulo consumationis totius passionis habetur documentū q nos in fine cuiuslibet boni operis partes habentis debemus facere summā vel epylogū. Et sic in summa illud offerre deo: sicut et facimus in officio ecclesiastico q semper in fine cū collecta cōcluditur: que & idcirco collecta dicitur quia in illa oratione tota vis illius officii quasi in summa est collecta. Eodem modo hoc verbum cōsumatum est fuit collecta totius passiōis christi circa mortem. Ad cōformandum se huic articulo recogitet homo breuiter in summa omnes articulos passionis prelibatas & agat pro eis gratias christo & deo patri dicens: consumatum est: vel al's prout deuotio monstrat.

Oratio.

Ihesu qui consumationem totius passionis tue in summa ꝑ me deo patri offerens dixisti consumatum est. Da mihi omnia per me te donante bene acta & passa ad tuam laudem consumare: & cōsumata per te deo patri offerre.


Expiratio seu mors christi.

Articulus sexagesimussecūdus.

Sexagesimussecundus articulus est expiratio vel mors christi. Cum enim dixisset consumatum est: tunc iterum clamans voce magna ait non necessitatis sed exempligratia. Sequitur in textu.

Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum.

Illud fuit vltimū et septimum verbum suum. Per qđ nobis declarare voluit q sanctorum anime extunc in manu dei sunt. Vbi prius manu inferi omnium anime tenebātur. Commendat eni patri per se vniuersos mortales in se viuificatos. Nam sumus membra eius scđm illud apostoli. Omnes vnum estis in christo Ihesu: qui tunc in diebus carnis sue preces cum clamore valido & lachrimis offerens exauditus est ꝑ sua referentia. Et hoc verbo dicto inclinato capite tradidit seu emisit spiritum. Clamando: orando: & lachrymando: dicit glosa. Nos cum nulla voce: vel cum yma morimur qui de terra sumus. Ille autem cum exaltata voce expirauit qui de celo descendit. Ad hanc vocem qui non cōcutitur: terra grauior: petra durior: & sepulcro fetidior est: quia hec omnia ad hanc vocē scissa & cōcussa fuere. Sciendum etiam q inter omnes penas passionis christi ista pena mortis fuit acerbissima: quia omniū terribiliū terribilissimū est mors tercio Ethico. Et hoc est propter naturalem inclinationem anime ad corpus scđm Damascenū. Et fuit specialis ratio in cristo de tali anima: & tali corpe cui vtriq diuinitas vnita fuit in vnitate suppositi: vnde oportuit q ista sepatio esset maxime penalis.



Inclinatio capitis.

Inclinauit autem caput maxime vt ostenderet nobis quatuor. Primo grauitatem. Secundo paupertatem. Tercio humilitatē. quarto gratitudinē. Primo dico grauitatem. Consueuit eni homo pre nimio onere grauatus suum caput inclinare. Sicut christus grauatus onere peccatorum nostrorum inclinauit caput. Vnde. i. Petri. ii. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo sup lignum. Et Trenno. i. Conuolute sunt iniquitates. i. peccatorū & imposite collo meo. Secundo dico paupertatē: fuit eni tante paupertatis in morte filius dei Ihesus q non habuit vbi reclinaret caput. Vnde. Vulpes foueas habent. Tercio dico humilitatem. s. esse viam ad gloriam sempiternā. Vnde Hugo. Per humilitatis viam reuertemur ad celestem patriam. Vnde viā sapientie monstrabo tibi: & duco te per semitas equitatis: quas cum ingressus fueris non artabūtur gressus: currens non habebis offendiculum. Et per Prophetam dominus ait. Non habitabit in medio domus mee qui facit supbiam: qui eni se humiliat exaltabitur. quarto vt ostenderet gratitudinem: idest gratias ageret deo per mortis victoriam: quia mortem nostram moriendo destruxit. Ad Corint. xii. Absorpta est mors in victoria. Et iterum ait. Deo

gratias qui nos vincere fecit in domino nostro Ihesu christo. Item notandum ꝙ eadem hora qua primus Adam peccauit. Secundus expirauit. Sicq; & eadem hora qua primus Adam peccando mortem huic mundo induxit:eadem hora secundus Adam mortem moriẽdo destruxit. Et qua hora illi paradisus est conclusus:eadẽ hora iste paradisum aperuit

¶ Compassio & contemplatio mortis cristi

Bernhardus pertractans hunc articulũ sic ait. Doleo super te domine mi rex magister: & pater: ymmo frater mi bone & amãtissime Ihesu:amabilis valde super amorem mulierum:cuius sagitta non abiit retrorsum Sagitte enĩ tue acute:idest doctrine tue valide:quia viuus est sermo tuus: & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti:pertingẽs vsq; ad diuisionem anime et spiritus. Nec declinauit clipeus tuus de bello. Scuto enĩ gratie & bone voluntatis tue coronasti nos. Hasta orationũ tuarum non est auersa:quia etiam pro transgressoribus orasti vt non perirent:q̃nto magis pro amicis. Tu enĩ leone fortior. Eteni tu leo de tribu iuda superasti illum leonem qui circuit querens quem deuoret. Tu aquila velocior. Exultasti enĩ vt gygas ad currendũ viam adimplendum mysterium incarnatiõis tue donec sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. Expandisti alas brachiorum tuorum in cruce: & super nos volitans:assumsisti nos et portasti in humeris tuis:in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum in domum familiaritatis tue:vbi de oue & dragma perdita & inuenta fecisti conuiuium vicinis & amicis tuis beatissimis spiritibus faciens eis gaudium de peccatore penitentis. Et cum talis sis et tantus morte turpissima condemnaris:spirituq; in manu patris cõmendato capiteq; inclinato expiras Venite queso & condolete mihi omnes qui gaudere desideratis in domino. Attẽdite nostrum manu fortem:quomodo contritus est:desiderabilem nostrum:quomodo in bello peremptus est. Vbi est rubor roseus:vbi candor niueus. Vbi in corpore tam contrito decorem inuenies. Ecce defecerunt dies nostri:dies benignissimi Ihesu qui solus est dies sine tenebris. Et ossa eius sicut cremiũ aruerunt. Percussus est sicut fenum: & aruit cor eius. Eleuatus enĩ allisus est valde. Sed in dedecore extrinseco:decorem simul et decus intrinsecum retinebat. Noli ergo deficere pro ipso in tribulationibus tuis: quia hunc speciosum forma pre filiis hominum: viderunt homines in cruce qui tantum exteriora tuentur: & viderunt eum non habentem speciem neq; decorem. Sed facies eius despecta: & quasi deformis dispositio eius. De hac tamẽ deformitate redemptoris nostri manauit precium decoris nostri:sed decoris intrinseci. Nigredinem corporis amantissimi Ihesu pro parte executi sumus:formositatem vero intrinsecam quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis quis enarrabit. Deformemur igitur & nos in corpore exterius cum deformato Ihesu. Conformemur corpori vitis nostre in corpe nostro:vt reformet corpus humilitatis nostre configuratũ corpori claritatis sue.

¶ Admiratio mortis christi.



O Mors amabilis:o passio desiderabilis. O profunditas admirabilis: quid mirabilius q̃m ꝙ mors viuificat: vulnera sanant:sanguis mundat:dolor ad amorem inflammat. Apertio lateris cor cordi cõiungit & copulat. Et quid mirabilius est sol obscuratus plus solito fulget. Ignis extinctus cor magis inflammat. Passio ignominosa glorificat. Sitis inebriat. Nuditas virtutum vestibus ornat. Et conclauate manus nos soluunt. Pedes confixi nos currere faciunt. Emittens spiritum vitam inspirat:atq; in ligno decedens ad celestia vocat. Filius dei ad crucẽ ducitur. Expalmat qui est vera palma victorie. Spinis coronatur qui spinas peccatorum venit cõfringere. Ligatur qui soluit compeditos. Ligno suspenditur qui erigit elisos. Aceto potat fons vite. Disciplina ceditur. Salus vulneratur. Vita morit. Pro impio pietas flagellatur. Pro stulto sapientia deludit. Pro mendacio veritas necatur. Damnatur iusticia pro iniquo. Misericordia affligitur ꝓ infideli. Pro misero repletur sinceritas aceto. Inebriat felle dulcedo. Moritur vita ꝓ mortuo. Hec Augustinus. Ex omnibus precedentibus patet:ꝙ christus mortuus est. Iustus ꝓ iniustis ab iniustis:cum iniustis:ex iniustis causis sub iniustis iudicibus Cum iniustis penis atq; suppliciis. Respice ergo mens deuota in faciem christi tui & contemplare in eo:crucis portationem in exemplum nostre ymitatiõis. Corpus denudatum in exemplum nostre confessionis que debet esse nuda. Brachiorum extensionem ad amplexandum in signum de peccato redeuntis ad gratie receptionem. Clauorum in manibus et pedibus infixionem propter memoriam fixe & stabilis recordationis. Lateris apertionem propter effusionẽ precii nostri redemptionis & oblationis.

¶ Documenta.



Ex hoc articulo expirationis seu mortis christi habentur plura documenta Primum est ꝙ nos debemus cõmori cum christo:moriendo.s.mundo & peccatis si cum cristo in eterna vita viuere velimus Vnde Applus. Si cõmortui sumus cum christo: & conuiuemus. Et iterum. Mortui enĩ estis.s.mundanis & caducis: & vita vestra abscondita est cũ christo in deo. Secundum documentum est:ꝙ valde & salubre est legere illos decem psalmos quos christus legit & orauit in cruce:quia nulli dubiũ quin deuotionis effectum legenti eos conferant salutarẽ Item quilibet christianus moriens debet illa quinq; supradicta seruare q̃ntum poterit que christus moriens seruauit. Ipse enĩ orauit:clamauit:animam patri cõmendauit: & spiritum tradidit. Sic & nos in

extremis positi debemus orare: clamare saltim cordi: plorare pro peccatis per veram penitentiam animam deo cōmendare: & spiritum tradere voluntarie. s. moriendo: & voluntatem nostram diuine voluntati tradendo. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo articulū: & reliq̄ sic orādo.

¶ Oratio.

IHesu qui pro me in cruce moriēs animam tuam patri cōmendasti. Da mihi in hac vita spiritualiter tibi sic cōmori: vt in hora mortis mee digneris animam meā miseram tibi habere recōmendatam qui nunc viuis & regnas deus in secula seculornm. Amen.

¶ Lateris lanceatio. Articulus .lxiii.



SExagesimustercius articulus ē lateris lanceatio. Mortuo enī christo cum ibi aparuissent plura miracula. Sicut solis obscuratio. Veli templi scissio: & petrarum: terre motus. Et multorum momentorum apertio. Centurionis conuersio: & multorum qui cum eo erant. Latro & iudei q̄mplurimi videntes hec que fiebant percutiebant pectora sua in signum penitentie: qui tunc cum silencio recedebant sola matre permanente mestissima. Et quia parasceue erat vt non remanerent in cruce. Rogauerunt iudei Pylatum vt frangerentur crura eorum. Et taliter mortui tollerentur de cruce. Venerunt ergo milites & vtriusq; latronis fregerunt crura. Ad Ihesum autem cum venissent videntes eum iam mortuum nō fregerunt eius crura: quia sicut crura agni paschalis non frangebātur: ita nec christo qui verus agnus fuit: vt dicitur in Exodo. Os non cominuetis ex eo. Sequitur in textu.

Tunc vnus militum lancea latus eius aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua.

Miles ille dicit fuisse Longinus cuius oculi caligauerāt: vbi casu vel diuino nutu sanguine christi nesciēs defluente per lanceam oculos tangeret clare vidit: vnde etiam ex illo sanguine & aqua habent efficaciam ecclesie sacramēta. Et licet corpus christi mortuum non senserit: fuit tamen malicia & contumelia ex parte iudeorum: q̄ aduc nō fuerunt saturati obprobriis & penis: que in vita eius sibi illatis: quin etiā prosequerentur eum mortuū. Ex quo tunc sumitur iste articulus: quia omnes contumelie & crudelitates illate mortuorum corporibus reputantur ac inferentur viuis. Sicut corpora mortua quandoq; rotantār: furcant: et huiusmodi. In maiorem vindictam in eis ostendendam. Similiter etiā q̄ & si vulnus illud cristus mortuus lateris nō senserit: beata tamen virgo bene sensit. Cuius felicissimam animam crudelia illa lancea tūc trāffixit: sicut dicit beatus Bernhardus in sermone de anunciatione virginis. Vere tuam o beata mater animam gladius pertransiuit: quando crudelis lancea filio iam mortuo latus aperuit. Ipsius nimirū anima iam ibi non erat: sed tua plane auelli nequibat: quia anima plus ē vbi amat q̄m vbi animat: vt te non immerito plus q̄m martyrem predicemus: in qua nimirum sensum corporee passionis excessit affectus compassionis. De miraculis hic factis dicemus infra in tercia parte huius speculi scilicet conclusione.

¶ De apertione lateris christi.


DE illa autem apertione christi lateris ait sanctus & deuotus Bernhardus. Ad hoc pforatū est latus tuum bone Ihesu vt nobis patescat itroitus ad te veniēdi. Ad hoc vulneratum cor tuum vt in illo ab exterioribus turbationibus absoluti habitare possimus. Nihilominus & propterea vulneratum est: vt per vulnus visibile vulnus amoris inuisibile videamus. qui enī ardenter amat amore vulneratus est. quomodo autē hic ardor melius posset ostendi nisi q̄ non solum corpus verum etiam cor lancea vulnerari permisit. Carnale igitur vulnus vulnus spirituale ostendit. Surge ergo amica christi sicut colūba nidificās in summo ore foraminis: ibi vt passer inueniens nidum suum: vigilare nō cesses tanq̄m turtur: ibi casti amoris pullos abscōdere. Appone os tuum vt hauries aquam de fontibus saluatoris. Hic enī est fons egrediens de medio paradisi qui in corda deuota diffusus fecundat: & irrigat vniuersam terrā. Ecce hostium in latere arche quo intrāt aialia non peritura diluuio. Ad hec ergo petre foramina & macerie cauernam stude nūc & in die exitus tui

recurrere & in eis latitare: vt ibi valeas pascua inuenire: & ora leonum euadere. Pro quo notandum q̄ christus hodie quinquies suum sanguinem fudit pro nobis. s. in oratione quādo sudor eius erat sanguineus. Secundo in flagellatione. Tercio in coronatione. quarto in crucifixione. Et quinto in lateris perforatione. De quibus superius pertractatum est Sanguinis autem Ihesu christi pro nobis effusi fuerunt mensure sedecim que guttas quindenas nonagintamilia. Sicut enodatum est per virginem virgini commissam. Sequitur documentum.

¶ Documenta.

EX hoc articulo lanceatiōis lateris habentur illa documenta. Primo cum nos cōmortui fuerimus cum cristo. s. mundo & peccatis: tunc debemus et lanceari cum christo cuspide. s. charitatis. Sicut anima illa se lanceata gloriabatur. que dicebat. Vulnerata charitate ego sum. Hac eni amoris lācea cor suum perforari petiit Augustinus dicēs. Rogo te domine mi rex dulcissime Ihesu per illa sacratissima vulnera tua que passus es in cruce pro salute nostra ex quibus ille preciosus sanguis emanauit quo sumus redempti. Vulnera hanc animam meam peccatricem pro qua tu etiam mori dignatus es. Vulnera hanc igneo tue telo potentissime charitatis. Confige cor meum iaculo tui amoris: vt dicat tibi anima mea: charitate vulnerata ego sum. Ita vt ex ipso vulnere amoris tui vberrime fluant lachryme die ac nocte. Percute obsecro domine silicem hāc durissimā mentem meam valida dilectionis tue cuspide vt altius ad intima penetret virtute potenti. Secūdum documentū est q̄ nos debemus percipere sacramenta ecclesie ea intentione atq; deuotione: ac si nobis de latere christi profluerent dum vulnus lateris eius ostium fuerit sacramētorum nostrorū: quia sicut de latere primi Ade formata est vxor eius Eua. Ita & de latere secundi Ade formata est ecclesia vxor cristi. Per istud vulnus quasi per ostium amoris Augustinus intrauit cum dicebat. Lōginus mihi latus christi lancea aperuit: & ego intraui: ibiq; securus requiesco. Claui & lancea clamant mihi q̄ vere reconliatus sum christo si ipsum adamauero.

¶ Oratio.



IHesu qui pro me corporis tui iā mortui latus apiri voluisti vnde sanguis & aqua p̄fluit salus nostra. Vulnera cor meum lancea charitatis vt tuis dignus efficiar sacramentis que de eodem sacramēto latere tuo profluerunt Amen.


I·N·R·I·

Depositio de cruce. Articulus lxiiii.

Sexagesimusquartus articulus ē de cruce depositio. Postq̄m eni dominus in cruce emisit spiritum circa horam nonam: vt dictum est: Extunc corpus eius mortuū mansit in cruce per quatuor horas vsq; ad vesperas. Vbi mater domini: & alie quatuor se ponunt ad sedendum prope crucē: nescientes quid facere debeāt. Corpus eni deponere & sepelire nō possunt: que nec vires sufficientes non habent: neq; instrumenta quibus deponant. Recedere autem eo sic manente non audent. Et diu ibi manere nocte appropinquante non valent. Vide in q̄nta sunt ꝑplexitate: & eis ex corde cōpatere. Interim autem Ioseph ex aromathia ciuitate iudea antiq̄tus dicta ramatha: que quondam fuit Alchane & Anne parentum samuelis: diues: nobilis genere: & decurio idest de ordine curie: & in officiis curie imperii romanorum administrans: vir bonus in se. Et quo ad deum. Iustus: quo ad ꝓximū. Et christi occultus discipulus propter metum iudeorū expectans regnū dei: quia nullomodo consenserat consiliis & actibus iudeorum. Vnde dicit Hierony. ꝙ ipse fecerit primum psalmū. s. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Sequitur in textu.

Interim autem venit Ioseph de aromathia ad sepeliēdum christum anteq̄m intraret sabbathum.


Hic tāti sanguinis fusi iā roboratus: adacter oi timore deposito & cōfidenter introiuit ad Pylatum: nec timens iudeorum inimicitias: nec Pylati potestatem & peciit corpus Ihesu. Pro magno munere: hoc preferens omni thesauro q̄ntumlibet precioso. Pylatus autem mirabat̄ si iam mortuus esset. Et acersito centurione interrogauit si iam obiisset. Et cum cognouisset a Centurione donauit corpus Ihesu Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem mundam ꝓ christi corpore inuoluendo venit: factus non occultus sed manifestus discipulus Ihesu. Et illi Nicodemus in quo dolus nō erat se associans: qui etiam erat occultus christi discipulus: ferens mixturam myrrhe et aloes libras quasi centum ꝓ corpore christi condiendo: qui cum iam prope crucifixiōis locum deuenissent: flectentes genua adorauerūt dominū: quo tūc mater vidit volentes deponere corpus Ihesu quasi de morte cōsurgens paululū reuixit spiritus eius. Et applicantes recepti per eam reuerenter. Iam se ad deponendum corpus simul parauerāt: quibus ipsa quod poterat ministrabat adiutoriū. Vnus clauos de manibus trahebat: alter ne corpus caderet exanime sustinebat. Maria vero stās brachia in altum leuabat. Et dum tangere eum valuit caput & manus eius dependentia trahebat: supra triste pectus suum tuēs in amplexus & oscula dilecti quo sauciari nō poterat: neq; desup corpus trahere valebat: quo iā in terram deposito suscipit domina caput cum spatulis suis in gremio. Magdalena vero pedes aput quos olim tantam gratiam meruerat: Alii autē circumstantes omnes planctum magnum super eum fecerunt.

Planctus virginis



Inde Augustinus hūc passum tractās de virgine ait. Leuabat manus in altum amplectēs & ruens in oscula christi. Sed frustra tense manus in se redibant incomplexe. Cumq; solatium aliud nō haberet sanguinem profluentem ex vulneribus filii sui nimia auiditate deosculabatur intantum vt facies matris de cruore occisi filii sanguinolenta redderetur. quod factum in se miserabile valde & lamētabile fuit: ꝙ corpus tante nobilitatis tractabatur tanq̄m quoddam vile cadauer: licet in veritate cadauer non fuerit per diuinum suppositum in quo corpus illud imputribiliter subsistebat. Hac de causa ponitur articulus iste inter articulos passionis christi q̄muis corpus illud nullā senserit penam. Beata tamen virgo in hoc facto penā sensit que ibi aderat cum aliis mulieribus deuotis. Iamq; rogat Ioseph dominam vt permittat corpus domini perungi: ac lintheaminibus inuolui: & sepeliri: ipsa vero rennuit a filio tam cito amoueri: ymmo cum illi volebant eum tradere sepulture: ipsa volebat eum retinere Et sic erat hec pyalis & miseranda contentio inter eos demū tamen licet nō libenter tamen reuerenter permisit corpus sepeliri. Flebat illa lachrymis irremediabilibus. Ipsarum lachrymarū tanta vbertas fluebat vt caro cum spiritu in lachrymis resolui putaretur. Rigabat lachrymis faciem: & extinctum filii sui corpus. Et perfundebat vndiq; plagas eius: lapidem quoq; quo corpus eius positū et lotū fuerat lachrimis madebat. In quo eius lachryme aduc apparere dicunt̄: q nūc in ingressu eccl'ie sancti sepulchri esse memoratur. Lauit & tersit vulnera eius cruenta: & osculabatur ea: & faciem eius sacratissimam aspiciebat vulnera corporis & vultū eius & caput videbat spinarum puncturas: depilationē barbe: faciem ex sputis & sanguine deturpatā. Et de aspiciendo & flendo non poterat saciari. Virginis dolor sentiri potuit: narrari non potest: quia male illi erat sicut esse poterat: vt supra in lviii. arti. dictū est

Documenta.



Ex hoc articulo trahunt̄ tria documenta. Primum est: ꝙ fideles communicantes corpus domini equiparātur illis qui ipsum deposuerunt de cruce. Ymmo plus est corpus christi sumere de ara altaris q̄m de ara crucis. Illi eni acceperunt eum brachiis & manibus: sed isti sumūt eum in ore & cordibus Vnde sicut illi inuoluerunt eum in sindonem mundam. Sic isti suscipere eum debent in corde mūdo & pura conscientia. Secundum documentum est ꝙ cum nos ad talem perfectionem status peruenimus vt mortui iam sumus mundo: & peccatis. Et corpus habemus mortuū. Sicut dicit apostolus de

Abraham & Sara: tunc rigorem laxare poterimus crucis. Sicut dominus viuus de cruce noluit descendere: sed se mortuum permisit deponi. Terciũ documentum est q nos libenter debemus christum cũ Ioseph de cruce deponere. q̃mdiu peccator in peccatis est cristum in cruce distensum q̃ntum in se est vinculat & crucifigit. Peccata enĩ nostra sunt ĩ causa q christus crucifixus est: sed mox cum p penitentiam cõuertimur christum de cruce soluimus & deponimus: & inter brachia sua ea recipimus. Sic fecit Ioseph in deponendo christum de cruce inter brachia sua complectabatur. Vnde sicut quis complectans aliquem inter brachia potẽs est de eo facere quicquid vult si illi nõ repugnet. Sic peccator cõuersus per penitentiam constringens iam christum brachiis amoris potẽs est iam de eo omnia que voluerit obtinere. Nequaq̃m enĩ christus repugnat penitenti. Sed paracior est ad dandum gratiam q̃m ille ad recipiendum. Ad conformandum se articulo isto recogitet omnia dicta eius. Et sic vel consimiliter oret.

¶ Oratio.

IHesu q pro me misero peccatore iam mortuus de cruce deponi a Ioseph & Nycodemo aromatibus condiri: & infra sindonem mũdam inuolui voluisti: da mihi sacro altari tuo ac si de ara crucis corpus tuum verum & viuum in sacramento digne suscipere: ipsumq; virtutum aromatibus condire: ac mundo corde & corpore iugiter conseruare.



Sepultatio. ¶Articulus lxv.

SExageſimuſquintus articulus eſt ipſius corporis ſepultatio. Cum eni corpus fuit depoſitū de cruce: & aromatibus conditum: & ſindone inuolutum: vt ſupra diximus. Agebatur de ſepultura ſua vnde tardante iam hora: rogauit Ioſeph dominā vt permittat corpus ſepeliri anteq̄m intraret ſabbathū in quo nō licet talia operari. Et ideo tandem domina tanq̄m grata & diſcreta amplius differre noluit ſignans & benedicēs corpus dolenter: licet reuerenter permiſit ſepeliri. Sequitur in textu.

Erat autē in loco vbi crucifixus ē hortus: & in horto monumentum nouum ipſius Ioſeph inciſum in petra: ibi ſepelierunt corpus Iheſu.

Sup illo Symō de caſſia ait orās & mortuus chriſtus: conſiſtit in horto: vt ex oratiōe ſua & morte nobis inuiſibilis horti virtutum plātaria oriant. Et ingredi mereamur hortum ſupernarum deliciarū meliorem q̄m qui conſtitutus fuerat a deo primis parētibus in edom. Monumentum nouum pro homine nouo vt ſepultura incarnationi conueniat. Nam dum incarnaret poſitus eſt in vtero virginali vbi nō dum quiſq̄m poſitus fuerat neq̧ ponēdus erat. Sic & in ſepulcro nouo poſitus fuit. Et ſepultus in alieno: quia ꝓprio carere voluit: & carebat: nec ſibi in humanis aliquod proprium fecit qui ſemetipſum venerat hominibus donaturus. Impertinens eni erat vt ꝓprietatē quereret in terrenis qui venerat de ſupnis: & ꝓ nobis factus egenus ab ineunte infancia pauperem & liberā vitam a mūdanis rebus tenuit Et in ſepulcro petrino. Petra eni erat chriſtus ſupra quam fundatur noſtre fidei ſtabile fundamentum. Et etiā propter myſteriorū varietatem. Ecce eni petra exciſa de qua populo dei plenitudo: & aquarū copia magna defluxit. Ecce petra que Iob riuos olei refundebat. Ecce petra ſancta refugium peccatoribus erinaciis. Ecce petra in qua dum anxiatˀ cor hominum ſi ad illam per fidem refugit exaltatur. Ecce petra ad quam male noſtre peccatorū ſoboles alliduntur. In hanc dominiū vite dederunt ſepulture mortis. Sequitur in textu.

Et aduoluit Ioſeph ſaxū magnum ad oſtium monumenti & abiit.

Symō de caſſia. aduolutus lapis ad oſtiū monumenti preſignat adhuc perfidiā iudeorum: et dūriciem eorum: qui nec a malis operibus ceſſauerūt: & in cordis duricia perſtiterūt. Hic lapis appoſitus eſt per homines: remotus per angelos. Vnde vnuſquiſq̧ ſibi pro facto perfidiā & duriciem facit ſed nec amouentˀ niſi ſuperna virtute. Sed ſi queratur ad quid ponitur iſte articulus inter articulos paſſionis cum in hoc criſtus nihil fuerit paſſus quia mortuus. Dicendum vt ſupra: ꝙ vna miſeriarū humane conditionis eſt corpora mortua ſepeliri propter putrefactionem: q̄mq̄m ratio putrefactionis hic locum non haberet. ſ. in chriſto. Iudei tamen corpus ad talem conditionem produxerunt vt opus videretur ſepultura: neq̧ contenti fuiſſent niſi ſepultus eſſet. Etiam quia ſepulturam domini cōmittabantur duo: videlicet lamentatio: & cuſtoditio. Lamentatio per virginem matrem & alias ſanctas mulieres per quas vere lamentationes videbūtur impleri Iheremie quas deſcripſit ſup morte Yſar. Poterat eni ipſa mater domini: primo dirigere verbum ſuū ad patrem celeſtem et dicere. Heu me domine mi. Cur mihi dediſti filium ex quo eum tanto dolore deberet me deſolatam ſuper terram relinquere. Secundo poterat loqui cum archangelo Gabrieli. Vbi eſt illa leticia: quam denunciaſti mihi cum iam in me non regnet niſi amara triſticia Tercio poterat dicere Iohanni euangeliſte & aliis ſanctis mulieribus que cum ipſa erant. Si me diligitis: ſi mihi compati volueritis: adiuro vos vt me ſecum ſepelietis. Hec & ſimilia. Cuſtodicio vero per milites. Sequitur vlterius in textu.

Altera autem die que eſt poſt paraſceuen dixerūt principes ſacerdotum & phariſei Pilato. Recordati ſumus ꝙ ſeductor ille dixit aduc viuēs poſt tres dies reſurgat. Iube igitur cuſtodire ſepulcrū ne forte diſcipuli eius furentur corpus & dicant ſurrexit a mortuis: & erit nouiſſimus error peior priori.

Factum fuit illud primo propter cordial' inuidentie machinationē. Vnde Symon de caſſia. Magna iniqtas hominum: magna vilitas iudeorum ꝙ etiā mortuum criminare nō ceſſent: ſeductorem criſtum corā preſide appellātes ſatis egerant ꝙ ab ipſo falſis accuſatiōibus impetuoſis clamoribus mortis ſententia fecerant condemnari. Secūdo propter exicialis inſolentie. Volebant eni per hoc ſe accuſare. Vnde idem. qui odit ex animo etiam inimicum quem interficit aut leſit ſemp obprobrioſe cōmemorat: vt quia iniuſtum perſecutus eſt ipſe iuſtus appareat. Et hec eſt irremediabiliter odioſa condicio cum inimicum perſequitur vel defunctum: & colorat odiū ſui cordis ex iniuſta macula quam impoſuit innocenti: ſed ſemper malorū conſcientia: quia nequiter egit trepitat: & ne pateat malum quo iniuſte cōmiſit inimicum etiā mortuum cottidie nouis accuſationibus premit Et falſi criminatores delationes falſas quibus preualuerūt in hoſtem quem ad iudicium conuenerunt ſemp repetunt ne ſilendo confuſi viderentur. Hec ille. O ceca gens: pro oibus eorū nequiciis recurrūt ad preſidem vt facilior ſit iniquitas vbi adeſt autoritas Et vocant dominū cui volūtate nō ſubdunt. Propriū eſt peruerſorum etiam laudare quem odiunt: vt perficient ipſi quod nequiter cupiūt. Sequitˀ textus.

Dixit illis Pilatus. Habetis cuſtodiam: ite & cuſtodite ſicut ſcitis. Illi abeũtes munuerunt ſepulcrũ ſignãtes lapidem cum cuſtodibus.

q̃ſi diceret ſcd̃m Rabanum. Sufficiet vobis ꝙ cõſenſi in necẽ innocentis de cetero veſter error vobiſcum ꝑmaneat. Fuit autem ſepulcrum ſigillatum & cum cuſtodibus munitũ fuit. Primo propter iudeorum ingentem fatuitatem. Vnde Hylarius. Metus furãdi corporis: & ſepulcri cuſtodia atq; obſignatio ſtulticie atq; infidelitatis teſtimonium eſt: ꝙ ſignare ſepulcrum eius voluerunt cuius precepto conſpexiſſent de ſepulcro mortuum reſuſcitatum. Secundo propter teſtimoniorũ perſiſtentem veritatem. Vnde Criſoſto. Vide etiam qualiter nolentes concertant ad demonſtrandam veritatem. Irrefragabilis eñi demonſtratio reſurrectionis facta eſt per ea que pretenderunt. quia eñi cuſtoditum eſt ſepulcrũ nulla fraus facta eſt. Si autẽ fraus facta nõ eſt manifeſte & irrefragabiliter dominus ſurrexit.

¶ Documenta.

EX hoc articulo ſepulture trahũtur hec & q̃mplura alia documẽta. Primũ ꝙ ſimus ymitatores Ioſeph in hoc ꝙ quando corpus chriſti ſuſceptum fuerit a nobis & inuolutum: vt ſupra diximus: tũc debemus ipſum ponere in monumento nouo exciſo in petra. ideſt in mente noſtra dei ymagine inſignita: renouata: & firmata in chriſto qui eſt petra: vt dicatur illud Canticorum. Tenui eum nec dimittam. Secundum eſt ꝙ ſicut dominus paſſus mortuus lamentatus & ſepultus fuit. Sic & nos lamentari eum debemus per compaſſionem & compunctionem. Tercium eſt ꝙ pro diuitibus qui exemplo Ioſeph deberent tegere nuditatem in paupere: & ſic chriſtum in ornatibus beatorum operum in ſepulcro cordis ſui ſepelire.

¶ Oratio.

IHeſu qui pro me iam hora completorii in monumento ſepeliri: lamentari & cuſtodiri voluiſti. Da mihi te deũ meum iñ ſepulcro cordis mei ſepeliri lamentari: & cuſtodiri: quatinus tibi conſepultus tecum merear ad reſurrectionis gloriam peruenire. Amen.


I·N·R·I·

¶ Conclusio huius speculi.

Conclusio huius speculi erit vt supra diximus dominice passionis contestatio miraculosa cum quibusdam approbationibus eorum que ꝓmissa sunt in tytulo speculi huius. Vbi sciendū ꝙ in passione christi decem miracula facta sunt. Aliqua in passiōe. Aliqua vero post passionem eius. Primū miraculum in passiōe christi fuit eclypsis solis. Vnde sequitur scđm Matheum.

A sexta autem hora tenebre facte sunt per vniuersam terram vsqꝫ ad horā nonam.

Talis autem obseruatio solis siue eclipsis nō fuit naturalis: sed miraculosa: qđ patet quintuplici ratione: Primo ratiōe durationis: quia eclipsis naturaliter nunq̄m potest fieri per tres horas: sicut hic contigit. Secundo ratione lunationis. Impossibile eni est fieri eclipsim quando luna est .xiiii. quia tūc luna est fere e regione solis. Tercio ratione dilatatiōis. Nunq̄m eni potest fieri eclipsis super vniuersam terram sicut hic contigit. quarto patet hoc ratiōe retrogationis. Nam in vespere luna rediit versus orientem & sol declinauit versus occidētem: quod innaturali eclipsi non fit. Fuit ergo hec eclipsis miraculosa quare autem fuerit facta talis eclipsis. Dicūt doctores ꝙ facta fuerit. Primo ꝓpter elimentorū compassionem: que non poterant ferre iniuriam sui creatoris. Secundo propter vniuersarum gubernationem. Vnde Grego. Hoc prodigiū factum est vt pateret ꝙ is qui mortē susceperat gubernator esset totius creature. Tercio propter animorū excecationē Vnde Symon de cassia. quodam iure vindicte date sunt mūdo tenebre ignorāti: quoniā mūdus dei filiū nō cognouit. quarto propter iudeorū obstinationem. Vnde & idem. Horridas tenebras iudei patiunt̄ qui obtenebrati mēte dei filiū damnauerūt. quinto propter archanorū contemplationem. Vnde idem. Hee tenebre preter id ꝙ visibiliter in exterioribus gestum est in altiora mentes hominū tollūt Nam miro modo voluit deus circumcidere oculos hominum cum tenebris densis: ne visus in obiecta forinsica vageretur: sed vt ingrederentur ad cor ad considerationem eorum que agebantur: dei filio et in ipso agebantur. Et diem verterunt in noctem vt intentior fieret contemplatio archanorum.

¶ Secundum miraculum.

Secūdum miraculum fuit scissio veli. Nam velum tēpli scissum est: & hoc statim cōtigit post seperationem anime & corporis Ihesu. Vnde sequit̄ scđm Matheū.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo vsqꝫ ad deorsum

Istud erat velum quod diuidebat sanctum & sancta sanctorum: hoc est chorum a templo: quod erat scissum quiqꝫ aut sex de causis Primo propter sanctuariorum contaminationem. Vnde Theophilus. Per hoc dominus ostendebat: ꝙ non erunt vlterius sancta sanctorum inaccessibilia: sed tradita in manus romanorū inqnarent̄: & eorum aditus pateretur. Secundo propter mysteriorum reuelationem. Vnde Origenes. In passiōe domini: conscisso velamine mysteria publicant̄: que vsqꝫ ad aduentū domini rationabiliter fuerūt occultata. Tercio propter iudeorum separationem. Vnde Hylarius. Ideo velum templi scindit̄: quia exinde populus est diuisus in partes: & veli honor cum custodia angeli protegentis aufertur. Narrat etiā Iosephus: virtutes angelicas tūc ad presides templi in aere clamasse. Trāseamus ab hiis sedibus. quarto ꝓpter celorum reserationem. Vnde Hiero. Velū templi scinditur: idest celum aperitur. quinto propter peccatorum curationem. Vnde Theophilus: Templum est corpus christi in cuius passione vestimentum eius laceratum est. s. caro. Et etiam aliud significat. Caro nāqꝫ velum est nostri templi. s. mentis nostre. Virtus autē carnis scissa est in christi passione a summo vsqꝫ deorsum. s. ab Adam vsqꝫ ad vltimos homines. Nam & Adam effectus est sanus per passionem christi: & eius caro non manet sub maledicto: neqꝫ digna est corruptione: sed omnes in corruptione honorati sumus. Hec ille. Et reliqua que ponit Landolphus in articulo sexagesimotercio de miraculis.

¶ Tercium miraculum.

Tercium miraculnm fuit terremotus: Vnde sequitur iterū scđm Matheum in textu:

Et terra mota est.

Hic terre motus factus est tribus de causis. Prio propter tumulationis inhabilitatem. Vnde Hylarius Mouetur terra: quia capax huius mortui esse non potuit. Secundo ꝓpter machinatiōis iniquitatem. Vnde Symon de cassia. Terre motus nō immerito factus est dum terre factor in carne moraret̄ & examinaretur terra nobilior. Corpus saluatoris ex terra originaliter per antiquam damnatam traditionem: sed in sua parēte proxima que ipsum mundo edidit reseratam: tremuit terra in datiōe legis ad terrorem eorū qui preuaricaturi erant. Tremuit moriente cristo vt sentiretur in vniuerso terrarum orbe iniusticia mortis eius. Tercio tremuit terra velut patiens ad insolitas actiones. In hoc transformās suo tremore omnium fidelium mentes: vt credāt et contremiscāt: quoniam pro iniustis iustus: pro impiis pius: ꝑ peccatoribus sanctus: pro hominibus in carne passus est deus.

¶ Quartum miraculum.

Quartum miraculum fuit scissio petrarum Vnde sequitur scđm Matheum in textu.

Et petre scisse sunt.

Hoc factum fuit quatuor de cau

sis. Primo ppter scriptorum verificationem. Sic eni scriptum & predictum fuit Zacha. xiiii. Scindetur mons oliuarū ex media parte sui ad orientem & occidentem. Secundo propter superiorum notificationē. Vnde Hylarius. Omnia valida & fortia penetrans dei verbum et potestas eterne virtutis erupat. Tercio propter iudeorum confutationem Vnde Symon de cassia. Petrarū siue saxorū scissio acclamatio est rerum insensibilium q actor vite iniuste damnat: acclamauerunt iudei alti sonantibus vocibus christi mortem. Nunc vero petre per scissuras quasi per aperta labia contra illos inclamitāt: et vbi homines in hac iniusticia pro veritate tacent saxa scissa loquuntur. quarto propter peccatorū inflammationē. Vnde idem. Saxa scissa suo modo puocāt dura corda hominum vt scindantur & recogitēt eum qui talem pro oībus sustinuit passionē.

Quintum miraculum.

Quintum miraculum fuit apertio monumentorum. Vnde sequitur iterum scd'm Matheum in textu.

Et monumenta apta sunt

Hoc factum fuit tribus aut quatuor de causis. Primo propter incarcerationis reserabilitatē. Erant eni tūc mortis claustra reserata: vt ait Hylarius. Secundo ppter resurrectionis exemplaritatem. Fuit eni hoc signum resurrectionis mortuorum. Iuxta illud Ezechielis. xxxviii. Ego aperiam tumulos vestros. Tercio propter informationis ydoneitatem Vnde hic instruimur q debemus aperire tumulos conscientie nostre per nudam & veram confessionem: vt videantur & eiiciantur fetores & cadauera peccatorum nostrorum. Et nota q ante mortem christi signa facta fuerunt in celo. Post mortem vero in terra: quia ante mortem precipue cognoscebatur in celo. Post mortē vero cepit dilatari in terra.

Sextum miraculum.

Sextū miraculum fuit resurrectio mortuorum. Vnde sequitur in textu scd'm Matheum.

Et multa corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt: & exeuntes de monumētis venientes in ciuitatem sanctam: & apparuerunt multis.

Hic introducit testimoniū mortuorū coueniens quadrupliciter: tum q̄ntum ad conditionem testium: quia multa corpa sanctorum. Tum q̄ntū ad tempus congruum: quia post resurrectionem. Tum q̄ntum ad locum sanctum: quia venerunt in sanctā ciuitatem Tum q̄ntum ad audientiā fidelium: quia apparuerunt multis. Glosa. Ydoneis. Vnde ydoneitas testium patet ex tribus. Tum ex pluralitate: quia multa Tum ex sanctitate: quia corpora sanctorum. Tum ex resurrectionis nouitate: quia surrexerunt. Ecce ydoneitas ex numero: merito: & miraculo.

Septimum miraculum.

Septimum miraculum fuit professio populorum. Nam statim gentiles pfitebantur ipsum filium dei: dicentes vt sequitur in textu scd'm Matheum.

Centurio autem et qui cū eo erant custodiētes Ihesū viso terremotu & hiis que fiebant timuerūt valde dicētes. Vere fili9 dei erat iste.

Centurio confitebatur cristum fore filium dei: quod factum fuit quinq; de causis. Primo propter miraculorū operatiōem: qa eni vidit talia et tanta miracula: ideo cōfitebat̄ cū aliis ipsum filiū dei. Scd'o ppter paganorū vocationē. Vnde Symon de cassia. Ecce magnū mysterium q in natiuitate christi et in morte iudeos gentiles credendo precedunt. Nam in natiuitate preuenerūt magi qui eum adorare ab oriente venerunt. In morte romani: qui ab occidente primitus crediderunt. Tercio propter errorum reuocationē. Vnde Centurio glorificauit deum: qui sic suum filium in mortē tradiderat. Glorificauit deum credens deum penitentia ductus q presidi male pauerat: & ore publico iustum quē tanq̄m iniustum mortisq; reum iudeorū seua turba damnauerat. Similiter & complices centurionis tremefacti & admirantes: dixerunt: & meruerunt indulgentiā venientes in noticiam fidei merito illius orationis christi: quia in principio crucifixionis dixit ad patrem Pater ignosce. etce. quarto propter hereticorū confutationem. Vnde Hieronymus. Ex hoc cōsiderandum: q Centurio in ipso scandalo passionis vere filium dei confiteatur: & arrius in ecclesia predicet creaturam. quinto ppter christianorum informationem. Vnde Leo papa in sermone de passiōe. Exemplo Centurionis cōtremiscat in redemptoris sui suplicio terrena substantia rumpantur infidelium mentium petre: & qui mortalitatis grauabantur sepulcris discussa obstaculorum mora prosiliant: appareantq; nunc in ciuitate sancta: idest ecclesia ei future resurrectiōis iudicia. Et quod credendum est in corporibus: fiet in cordibus.

Octauum miraculum.

Octauum miraculum fuit emanatio sacramētorum. Vnde sequitur in textu scd'm Iohannem.

Iudei vero quoniam parasceue erat vt non rema-

Rogauerūt hoc iudei quatuor de causis. Primo propter festorū

veneratione: super quo dicit Symon de cassia. Pessima supersticio iudeorum: quod opinabantur contaminari diem sabbathum si starent in patibulis corpora damnatorum: sed cōtaminationem mentis ipsorū non videbant: qui ipsum iniuste damnauerant. Secundo propter populorum inquietationem. Vnde idem Ipsi hoc allegabant presidi. s. reuerētiam sabbathi corde vero magna malicia tenebātur: ne propter signa facta christo moriēte in sabbathi quiete tumultus in populo nasceretur. Et ex viso in cruce corpore: turba facile mobile moueretur. Tercio propter prodigiorum cessationem. Vnde idem. Verebātur ne ipso pendente ampliora signa profluerent. quarto propter periculorum vitationem. Vnde idem. Decernebant sibi cautissime consulentes: vt crucifixorum corpora tollerentur. Mos eni est rei publice pro uisorum eum viuum aut mortuum aufferri de medio pro quo timetur futura comotio. Sequitur in textu.

nerent in cruce corpora: rogauerūt Pylatū vt frangerentur crura eorum & tollerentur.

Fregerunt: vt citius morarentur secundum Augusti. et vt scripture firmarentur dicte Deutero .xxi. quod autem crura Ihesu non fregerūt duabus de causis factū fuit illud. Primo primo propter figure verificationem. Nam de hoc figura precessit in agno paschali: quia dicitur Exodi xii. Os non cōminuetis ex eo. Non quod illa figura sic coegerit: sed quia sic futurū erat in figura precessit. Secundo propter exempli ymitationem Vnde Symon de cassia. Ad magnam etiam corporis mystici saluatoris presagium fuit factum: cuius ossa: idest viri perfecti nullis tribulationibus: atque diuersitatibus in animo aut moribus fracti sunt: sed semper ad omnia parati vsque ad mortem inuincibiles & insuperabiles permanserūt. Nam quamquam corpore victi: tamen in anima & moribus nunquam fracti fuerunt. Sequitur in textu.

Venerunt ergo milites & fregerunt crura duorum latronū: sed ad ihesum cū venissent & viderunt eū iam mortuum non fregerunt crura eius.

Iste miles fuit lōginus nomine qui hoc fecit ad cōplacentiā iudeorum volentium certificari de sua morte. Tūc crudelis & impius: sed postea conuersus & martyr factus. Nam refertur cum debilem habuisset visum sanguinis christi gutta a lancea defluente oculos casu tetigit: protinus illuminatus clare vidit: vnde in cristum credidit & militie cedēs instructus ab apostolis in cesaria capadocie xxxviii. annis monasticam vitam duxit: & in omni sanctitate permanēs:

Sed vnus militum lācea latus eius aperuit: & confestim exiuit sanguis & aqua.

vbi etiam verbo & exemplo multos ad christū conuertit. quod autem ex latere christi exiuit sanguis & aqua. Hoc factum fuit multis de causis. Primo propter miraculorum multiplicatiōem. Miraculosum eni fuit post mortē christi ex eius corpore exanimato profluere verum & purum sanguinem: & postea veram & puram aquam: distincte nō simul mixta vt ait Symon de cassia. Secūdo propter sacramentorum emanationem. Vnde Augustinus super Iohannem. Vigilanti verbo euāgelista vsus est: vt nō diceret latus eius percussit: aut vulnerauit: aut quid aliud: sed aperuit: vt illic quoddāmodo vite ostiū panderetur: vnde sacramenta manauerunt: sine quibus ad vitam que vera vita est nō intratur. Tercio propter amoris inflammationem. Vnde idem. Vnus militum lancea latus eius aperuit: vt apto latere cognoscamus dilectionem cordis vsque ad mortem.


Nonum miraculum.

Nonum miraculū fuit tumulatio. Fuit eni miraculosum hoc mirabile & rarum: ac inauditum quod tam execrabiliter crucifixus a deuotis personis & magnis tam honorifice sepeliretur. Vnde sequitur secundum Iohannem in textu.

Post hec autē rogauit Pylatum Ioseph ab aromathia: eo quod esset discipulus Ihesu: occultus autē propter metum iudeorum: vt tolleret corpus Ihesu: & permisit Pylatus.

Rogauit autem Pylatum quatuor de causis. Primo propter extinctionem crudelitatis. Vnde Cristostomus Existimans Ioseph extūc esse iudeorū furorem christo crucifixo cum fiducia accessit vt deponendum funus procuraret. Secundo propter adhesionem familiaritatis. Fuit eni discipulus christi: licet occultus. Tercio propter cōditionem bonitatis. Vnde idem. Hunc in aliquo iuste reprehendere nō possumus quē tanta serie Lucas euangelista cōmemorat dicēs. Ecce vir nomine Ioseph: qui erat decurio vir bonus & iustus: hinc non consenserat consilio & actibus eorum ab aromathia ciuitate iudee qui expectabat & ipsum regnum dei. Officium suum recte conueniebat mysterio. Sup homines decem curam habens in seruicio reipublice. Vt quasi decem precepta seruans: iustus & bonus: & fide cōuersus ad christum expectaret regnū dei: quod vere credētibus cristus ipse promiserat. quarto propter prelationem dignitatis. Erat eni valde insignis: & diues: & Pylato bene notus & gratus. Vnde celitus prouisum est vt esset diues qui haberet vt sepulturam domini expenderet. Et nobilis decurio vt ad presidem accedere posset. Et reliqua illius miraculi habentur superius in executione articulo sexagesimoquarto .etce.

Decimum miraculum.



d Ecimum miraculum fuit obseruatio ministrorum. Posuerunt enim custodes circa sepulcrum: quod erat miraculosum: hoc est rarum: vt. s. custodiretur tam turpiter mortuus Non eni miraculum hic semper accipitur proprie: sed quãdoq; multum large. Vnde sequitur in textu scd͠m Matheum.

Et reliqua supra dicta in parte executiua articulo **Altera autem die.** lxv. per totum. Et aduc inferius quedam habenť miracula in tractatu Bernhardini de duodecim mirandis fructibus ligni vite: & stupendis mysteriis sanctissime crucis. Et similiter in prima parte huius speculi capitulo de fructibus seu vtilitatibus domini ce passiõis scd͠m numerum alphabeti: ibi sufficienter ad illud ꝓpositum inuenire poteris & si placebit contemplari.

¶Quare christus tot & tanta passus sit pro nobis.



h Ic ponunt doctores aliquas rationes per modum epylogi eorũ que dicta sunt de passione domini. s. quare cristus tot & tanta passus sit pro nobis dicentes: q. christus propter hoc tam multa: & tam indigna pro nobis passus est: vt ipse per singula eorum aliquid nobis mali aufferret: & aliquid boni conferret: quod diligenter attendendum est: & cordi iugiter atq; fortiter infigendum. Nos eteni peccatis nostris meruimus eternã tristiciã. Cõtra quam dominus in principio sue passionis post vltimã cenam volũtarie assumpsit tristiciam tam magnam: vt ipsemet fatetur discipulis suis dicens. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et hoc ideo fecit: vt illa sua tristicia quam innocentissime patiebatur nobis aufferret eternam illam tristiciam cuius ꝓ peccatis fuimus debitores: & nobis daretur leticiam sempiternam. Nos peccando meruimus vt perpetue dyaboli potestati maneremus subiecti: & mancipati carceri infernali. Et dominus in sua passione ideo passus est se capi: vt cum ipse hanc captiuitatẽ pro nobis innocenter pateretur: per eam nobis mereretur liberationẽ a potestate dyaboli & preseruaret nos a deterrimo carcere infernali. Item nos pro peccatis nostris meruimus vt essemus ꝑpetui demonum socii et omniũ dampnatorũ. Ipse sustinuit vt latronibus sociaretur: & cum iniquis deputaretur: vt nos emeret de consortio dampnatorum: & a societate demonũ: & nos faceret dei filios: & socios angelorum. Cui omnis gloria celorũ seruit: & qui solus decus est & gloria sustinuit ignominias: & confusiones & derisiones: vt nos a confusione & eterna demonum irrisione: ac insultatione redimeret: & ad pristinam gloriam celi reuocaret. qui solus potestatẽ soluẽdi: & ligandi habet: ex nimia sua mic͠dia ꝓ nobis ligari voluit: vt nos a pc͠tis nostris et oĩbus malis quas peccãdo incurrimus redderet absolutos. Et tandem mortuus est innocenter: vt sua morte nostram eternam mortem destrueret. Et nobis vitam eternam conferret sempiternam. Et sic intellige de ceteris. Nam vniuersaliter sua passione nihil ociosum fuit: aut inutile: sed quodlibet ordinatum est cõtra aliquod perpetuum malum nobis auferendum quod peccando meruimus: & ad merendum aliquod eternum bonũ nobis conferendo quod peccando perdidimus. Sicut dicit Augu. Mihi patitur: mihi tristis est: & mihi dolet. Et horum omnium rationem addit. s. quia nos ab eterno dilexit: diligi a nobis desiderauit: cũ amori nisi amore viceuersa satis fieri possit. Vnde Bernhar. Nõ valuit opus suum reparare creator absq; illa difficultate valuit: sed maluit cum iniuria sua qua multe dilectionis hominem debitorem teneret. Cõmoueretq; gratiarum actiones difficultas redemptionis quem minus deuotum esse fecerat conditionis facillitas. quid eni dicebat homo creatus et ingratus. Gratias quidẽ cõditus sum sine vllo auctoris grauamie vel labore. Siquidem dixit & factus sum: quemadmodum vniuersa. Sic beneficium creationis attenuãs humana impietas: ingratitudinis inde materiã sumebat: vnde amoris causam habere debuerat. Sed obstructum est os loquẽtiũ iniqua. Luce clarius patet: q͠ntum modo pro te o homo dispendium fecit. De domino seruus. De diuite pauper. Caro de verbo. Et dei filius hominis filius fieri non despexit. Memento iam te & si de nihilo factum nõ tamen de nihilo redemptum. Sex diebus cõdidit omnia & te inter omnia: sed per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terre. O q͠ntũ laborauit sustinens carnis necessitatem. Hostis temptationes: q͠s aggrauauit ignominia mortis tumulauit horrore. Ergo o homo gratias age & cõpatere tuo creatori: redemptori: & saluatori.



Descendit ad inferos.

Die ipso sabbathi q̄m statim mortuus fuit Ihesus descēdit ad inferos ad sanctos patres: & stabat cum eis. De illo descensu ait Damascenus. Descendit ad inferna anima cristi deificata: vt quemadmodum qui in terra sunt. Ita & hiis qui in tenebris & vmbra mortis sedent superlucescat. Descēdit ad cōsolandos patres sanctos: ad letificandos & beatificandos. Viderunt nanq̧ q̄m primū illis se presentauit diuinitatem eius. Eo etiam ꝙ iam habuerunt paradisum: & apertam dei visionē: que non est aliud q̄m vita eterna. De hoc igitur descēsu christi ad inferos sic pulcre loquitur Augustinus in quodam sermone. Mox vt christus spiritū tradidit vnita sue diuinitati anima ad infernorū profunda descēdit. Cunq̧ tenebrarū terminum q̄si quidam depredator splendidus ac terribilis attigisset. Aspicientes eum impii ac tartarie legiones territi: inquirere incipiebant dicentes. Vnde est iste tam fortis: tam terribilis tam splendidus: & preclarus. Mundus ille qui nobis subditus fuit nunq̄m nobis talem mortuum misit. Nunq̄m inferis talia munera destinauit. quis ergo iste qui sic intrepidus nostros fines ingreditur. & non solum nostra supplicia non veretur: verum etiam & alios de vinculis nostris absoluit. Ecce ipsi qui sub nostris solebāt suspirare tormentis insultant nobis de perceptione salutis. Et nō solum iam nihil verentur: sed insuper nobis minātur. Nunq̄m hic sic mortui superbierunt: nec aliquando sic leti potuerunt esse captiui. Vt quid huc istum adducere voluisti o princeps noster. Periit omnis leticia tua In luctum cōuersa sunt gaudia tua: dum tu christū suspēdis in ligno. Ignoras q̄nta damna sustines in inferno. Post istas crudelium voces infernalium. Ecce innumerabiles sanctorum populi lachrymabili voce clamabant. Aduenisti redemptor mundi Aduenisti quē desiderantes cottidie expectabamus Descēdisti pro nobis ad inferos: noli nobis deesse cum reuersus fueris ad superos. Cogita & mirare qualiter iubilāt sancti patres in suo aduentu repleti immensa iocunditate: omni displicentia procul pulsa. Et stabant in canticis & laudibus coram eo dicentes. Benedictus q venit in domino: deus dominus illuxit nobis. Tu es deus & saluator noster: nūc efugasti tenebras a nobis: & vincula nostra dirupisti. Cōtriuisti portas ereas: & vectes ferreos cōfregisti. qui educis victos in fortitudine: & electos tuos in leticia. Nunc igitur adoramus te in secula. Et omnes procidentes adorauerūt eū. Tunc respondit eis dominus Ihesus & dixit. Attendite popule meus legem meā. Pax vobis & leticia eterna. Ego enim sum dominus deus vester qui eduxi vos de terra egypti. Et reliqua multa credendum est cum eis dixisse: de quibus euangelium nullam mentionem facit. etce. Ideo vacate et videte quouiam ego sum deus qui creaui: redemi: et saluaui vos. In capite libri scriptum est de me vt facerem volūtatem patris mei. Et propter vestram salutem descendi. Pauper ego fui: & in laboribus a iuuentute mea intendens ad saluandas animas vestras. Filii autem alieni mentiti sunt mihi. Et amici mei & proximi mei aduersum me cogitabāt mala. Omnes videntes me deriserunt me. Et fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Dormiui & soporatus sum: & caro mea requiescet in spe. Et reliq̄ vt dicit Bonauentura que de ipso scripta sunt in prophetis. Et tunc responderunt omnes. Benedictum sit nomen maiestatis tue ineternum: & repleatur maiestate tua omnis terra: fiat: fiat. Tu eni refugium factus es nobis a generatiōe in generationem. Nisi quia adiuuisti nos semper habitasset in inferno anima nostra Sed memor fuisti nostri domine deus noster: redemisti nos in sanguie tuo. Ostendisti faciem tuam in quam gaudent angeli prospicere. Omnis terra adoret te deus & psalmum dicat nomini tuo domine. Et cete. In talibus laudibus & canticis & iubilationibus steterunt in limbo vsq̧ prope horam diei dominice in conspectu angelorum ibi existentium: & cum eis iubilantium. Perinde accepit eos dominus educēs ab inferis in exultatione: & ante eos gloriose ꝓcedens posuit eos i paradiso deliciarum. Aliq̄ vero morula facta cum eis & cum Helya et Enoch eum recognoscentibus: adorantibus: & exultātibus. Dixit eis. Tempus est vt excitem corpus meū: vadam & resumam illud. Et tunc omnes procidentes dixerunt. Ite domine rex gloriose & cito redire si placet: qa gloriosū corpus vestrū plurimū affectamus.



De resurrectione.

V Eniens autem dominus cum honorabili multitudine angelorũ die dominico summo mane et resurgens illud corpus sanctissimum ex monumẽto clauso processit virtute propria resurgendo. Vnde Augustinus. Post illusiones & verbera: post aceti & fellis pocula: post suplicia crucis & vulnera: & postremo post ipsam mortem & inferis resurrexit de suo funere caro noua: redit ab occidio latẽs vita & in morte salus reseruata resurget pulcrior reditura post funus. Tũc renouata est vt aqle iuuẽtus cristi Tunc leo suũ catulum suscitauit. Tũc fenix reuixit Tunc ex eodem luto fractis vasis fecit aliud vas figulus sicut placuit in oculis suis. Tunc Ionas de ventre cethi illesus exiuit. Tunc vestitum est candelabrum auro. Tunc suscitatum est tabernaculum dauid quod cecidit. Tunc sol refulsit qui prius erat in nubilo. Tunc viuificatum est granum frumenti quod cadens in terram mortuum erat. Tunc ceruus resumpsit cornua. Tũc Samson tulit portas ciuitatis et exiuit. Tunc Ioseph eductus de carcere conceditur & constituitur dominus egypti. Tunc conscisus saccus circumcidat leticia. Magna igitur & solennis valde est hec paschalis solennitas in qua christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. Induit enĩ eum dominus pater stola immortalitatis & glorie in qua solennitate etiam exemplum resurrectionis datum est nobis spes celestis patrie inferni claustra destruxit: & nobis ianuas regni celestis aperuit. Hec est igitur dies quam fecit dominus exultemus et letemur ĩ ea Ignotam quippe rumpheam illam & paradisi ianuam quam nullus effugere potuit: hac die christus cum latrone reserauit dicẽs ad angelos. Aperite mihi portas iusticie: & ingressus in eas confitebor domino. Hec est dies qua synagoga finit: & ecclesia nascit. Hec est qua de nobis decanteẽ alleluia quod latine laudacio domini interpretatur. Laudemus dominũ fratres: vita: lingua: corde: & ore: vocibus & moribus. Sic enĩ sibi dici vult deus alleluia vt non sit in laudante discordia. O felix alleluia in celo vbi templum dei sunt angeli. Ibi enĩ concordia summa laudãtium. Vbi nulla lex in membris repugnat legi mentis. Vbi nõ est rixa cupiditatis in qua periclitetur victoria caritatis. Hic ergo alleluia cantemus soliciti vt illic possimus aliquando cantare securi: hic in spe: ibi in re: hic in via: ibi in patria. Cantemus igitur modo fratres nõ ad delectationẽ quietis: sed ad solacium laboris: quomodo solent cantare viatores: cantando laborẽ consolare pigriciam amare: sed ambulando in bono ꝓficere. Vnde Beda. Resurge nunc anima mea cum christo de sordido peccati sepulcro. Respira iam in spem resurrectionis & vite perhennis pro amore dei moriamur in presenti via: et post resurrectionem viuamus in futura: quia si pro amore cristi nunc mortuum corpus tunc letabundo gaudio cum ipso conregnamus. Sic ergo curemus interesse festis hominũ vt mereamur interesse festis angelorum. quid enĩ prodest interesse festis hominum si deesse cõtingat festis angelorum. Vmbra vẽture solennitatis est solennitas presens. Idcirco hanc annue agimus vt ad illam que nõ est annua perducamur. Cum hic statuto tempore geritur ad illius desiderium memoria referatur. Frequentatione igitur gaudii spiritualis ad eterna gaudia mens incalescat aut ferueat: vt ex veritate leticia fruatur in patria q꞉ est vmbra gaudii meditatur in via. Hec Gregorius.

Oratio.



O Domine Ihesu christe dulcor vnice qui ruptis viculis mortis glorificasti corpus tuũ: & in tam ineffabili gloria surrexisti. Precor & deprecor te ꝑ tuam resurrectionem floridam da mihi vt a viciis & a morte anime resurgens in virtutibus sempˀ floream: vt in nouitate vite ambulem: vt que sursum sunt que iam & sapida non que super terram ꝑ tue claritatis virtutem purga animam meam a tenebris peccatorum: & per eandem virtutem die vniuersalis resurrectiõis caro mea resurgat ad gloriam vt tecum eternaliter in vtroq꞉ gaudeam Amen.



Quomodo Ihesus apparuit sue matri.



Adem autem hora. s. summo mane: tres marie licetia prius petita a domina ceperũt ex deuotione & fide quã ad dominum habebãt ire cũ vnguentis ad monumentum ad vnguendum corpus dominicum. Domina autem remansit domi vacans interim lachrymis & orationi. Et pulcre hee mulieres vno censentur nomine: vt quibus vna erat volũtas. Parq; desiderium vnum esset vocabulum. Tres eni sunt status hominum saluandorum: quorũ quilibet querit christum: & extra hos nemo saluatur. s. incipientiũ: ꝓficientium: & perfectorum: siue penitentium: actiuorũ: & contemplatiuorũ: qui quidem tres status significãtur per tres istas marias que querebant dominum q̃ntum ad triplicem marie interpretationem: vt habetur in secũda parte Landolphi de vita Ihesu: quod nimis longũ esset hic enarrari. Sed ꝙ beata virgo cũ istis mulieribus ad monumentum non iuit vt supra diximus: possunt tres cause assignari. Vna quia mater sepulcrum filii sine magno dolore videre nõ potuisset: & maxime recenter sepulti. Secunda causa quia in parasceue & sabbatho tantum fleuerat: & tãtum se mactauerat ꝙ etiam sustinere non potuisset. Vnde Bernhardus. Oportuit ꝙ inter manus discipulorum tanq̃m semiuiua de cruce ad domum propriam deportaretur. Tercia causa quia predicte mulieres putabãt corpus christi aduc in monumento esse: & volebãt vt antiquitus consuetudo erat ipsum inungere: vbi beata virgo sciuit ꝙ ibi nõ erat: sed ꝙ iam immortalis & incorruptibilis surrexerat. Et ideo illuc ire nolebat sicut nec poterat. Ipsa itaq; ex quo vnigenitum suum filium teneri: flagellari: et crucifigi delicatis manibus: depicata pectora tondens: & se nimio dolore vigiliisq; & ieiuniis affligens iam viribus pariter et spiritu attenuata alibi sola in secreto sedebat: & de hiis que sibi acciderãt calamitatibus lamentabatur & flebat. Domina igitur orante & lachrymas dulciter eminente. Ecce subito venit dominus Ihesus in albissimis vestibus glorie & resurrectionis nouitatis sue vultu sereno: speciosus: gloriosus & gaudens ac matri desolate: & merenti totus festinus apparens. At illa adorãs & surgens cũ lachrymis pre gaudio eum amplexat̃. Et tota acerbitas meroris in leticiam vertitur. Postea cõsedentibus eis pariter curiose intuebatur eundem in vultu & cicatricibus per totum diligẽter querens si omnis pena trãsisset: & omnis dolor ab eo discessisset O q̃nto gaudio mater impletur: cum ipsa natũ impassibilem intuetur non solum ineternum victurũ sed celo & terre omniq; creature perhenni iure dominaturũ. Stant igitur & colloquunt̃ adinuicem gaudentes: ac pascha delectabiliter & amanter ducentes ꝙ & si de hac apparitione qua ante ceteros virgini gloriose apparuisse creditur nihil in euãgelio habeatur: dignum tamen aiunt doctores erat vt matrẽ pre ceteris visitaret: & de sua resurrectiõe prius letificaret que pre ceteris plus dilexit: eius amor desiderio plus afficiebatur: plus de eius morte doluit plus dolore afflicta eius resurrectionẽ expectauit. Propterea et romana ecclesia hoc approbare videtur que statim ipsa die apud sanctam Mariã maiorem rome celebrat stationẽ. Per hoc innuens beate Marie primo factam apparitiõem. ꝙ autem infra dicitur apparuisse primo Marie magdalene intelligitur inter eos quibus voluit suam resurrectionem probare. Matri eni virgini primo omniũ apparuit: nõ vt resurrectionem suam probaret: sed vt eam de visu suo letificaret.


Oratio.



O Maria dei genitrix & virgo gratiosa omniũ desolatorum ad te clamantiũ consolatrix: per illud magnũ gaudiũ quo consolata es quando cognouisti filium tuũ Ihesum christum die tercia a mortuis impassibilem resurrexisse sis cõsolatrix anime vt apud eundem tuum & dei natum vnigenitum in die nouissimo quando cum anima & corpore ero resurrecturus: & de singulis meis factis rationem redditurus me digneris iuuare ꝙ ꝑpetue dampnatiõis sententiam per te pia mater & virgo valeam euadere: & cum electis dei omnibus ad eterna gaudia feliciter peruenire Amen.



Quomodo Ihesus apparuit Marie magdalene.



Aria vero magdalena amaritudine plena estuãs amore & nesciens quid aliud deberet facere: quia sine magistro non poterat viuere: nec ibi eũ inueniebat: et vbi eum quereret ignorabat. Stabat ex feruore & constantia: quia vis amoris nec sedere: nec iacere sinebat: ad monumentũ foris & ab extra scilicet in horto ante domunculam in qua sepulcrũ plorans: & lamentans dominũ suũ. Tanto enĩ cordis ferebatur incendiũ: tanta pietatis afficiebat dilectione: tam validis trahebatur vinculis charitatis: vt feminie infirmitatis oblita: nec tenebrarum caligine: nec persecutorũ humanitate retraheretur a sepulcri visitatione quin potius foris stans & lachrymis monumẽtum irrigans. Recedentibus discipulis non recedebat: pro eo ꝙ diuine dilectionis igne succensam: & tam inualescente vrebatur desiderio & impaciente vulnerabatur amore vt nihil ei saperet nisi flere posset. Illud propheticum veraciter eructans. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi cottidie vbi est deus tuus. Perdiderat enĩ magistrum suum quem ita singulariter diligebat vt preter ipsum nihil posset diligere vel sperare. Perdiderat vitam anime sue: & iam melius arbitrabat̃ fore sibi mori q̃m viuere: quia forsitan moriens inueniret quẽ viuens inuenire nõ poterat. Facta erat exanimis: facta erat insensibilis. Dum ergo fleret ꝑpter corporis christi absentiã: inclinauit se sepius corporaliter ꝓspiciens in monumentũ vbi eũ positũ nouerat. Vnde Grego. Amanti enĩ semel aspexisse nõ sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Vidit tandẽ oculis corporeis duos angelos in albis sedẽtes: qui dicunt illi mulieri. quid ploras? nõ enĩ habes causam flendi sed magis gaudẽdi de christi resurrectiõe. Nõ est hic sed resurrexit. At illa putãs eos interrogare quasi nesciẽtes & nõ angelos esse sed hoĩes: ꝑdit lacrymarũ causas: quia tulerũt inquit dominũ meum de monumẽto et nescio vbi posuerũt eũ: quia vidit lapidem sublatũ credidit christũ furatũ: & deportatũ Cũ autẽ Maria sic ploraret: nec quicq̃m de angelis amor suus curaret magister eius amplius se tenere nõ potuit Tũc ipsa que adhuc de domini resurrectione dubitabat cõuersa est retrorsum: vt videret Ihesum: quia videlicet per eandẽ dubitationẽ suã quasi tergum in faciẽ domini miserat quẽ surrexisse minime credebat. Sed qa amabat & dubitabat: videbat & nõ cognoscebat eũ: qa videbat eũ in specie nõ gloriosum: eo ꝙ ipsa non dum habebat fidẽ de christi resurrectione. Et ideo talis apparuit in corpe qualis aput eũ erat in mente. Sequitur textus.

Et dixit illi Ihesus. Mulier qd ploras? quẽ queris?

Nõ querit quasi ignorans: sed vt respõsiõem conuenientius eã instruat scd̃m Gregori. Interrogat̃ doloris causa vt augeatur desiderium: quatinus cum nominaret quẽ haberet in amorem eius ardentius estuaret: scd̃m litterã: hortulanus ei apparebat Spiritualiter ei hortulanus erat qa sentes per fidei & viciorum eradicauerat: ac virẽtia semina fidei & virtutũ per amoris sui vim in eius pectore in horto anime seminare & plantare curabat Tale enĩ officiũ: talis actus: tale exercitiũ: talisq; nominis interpretatio incipiẽtibus cõgruit. Oportet enĩ vt penitẽs gerat morẽ hortulani. s. vt omnia nociua eradicet: & bona inserat. Illa vero vt ebria respõdit ei sicut hortulano. Domine: si sustulisti eũ dicito mihi: vt ego eũ accipiã. Mirabilis mulieris audacia quam mortui non terret aspectus: & cuius valitudo ad graue mortui funus tollendum plus intemptat q̃m possit. Ex virtute enĩ amoris credebat se posse tantũ corpus etiam mortuum portare: quia feruenti amanti nihil videtur difficile. Eam cõmuni vocabulo appellauit ex sexu: & agnitus nõ est. Vocat ex nomine ꝓprio vt eã magis intentã faciat & talem se exhibet vt cognoscat: dicẽs. Maria. Desideriũ eius vlterius affligi nõ sinens. Tunc illa cõuersa corde & mente: sicut antea conuersa erat corpore & oculis carnis: mox vt se noĩe suo vocari audiuit: eum in voce sicut bona ouis pastorem recognouit. Tunc quasi reuiuicens & adorens eum indicibili gaudio dixit Raboni: idest magister Sic enĩ eum ante passionem vocare cõsueuerat. Tu es quẽ querebam. Et tunc currens & procidens ad pedes Ihesu: ex deuotione amplecti volens vestigia eius ac tangere & osculari pedes vti consueuit. Ipse vero volens fidem in corde illius vt hortulanus seminare: & animam eius ad celestia eleuare. Dixit. Noli me tangere. s. manibus corporis quem non dũ tetigisti fide cordis. Discamus ab illa maria Ihesum amare. Ihesum sperare. Ihesũ indesinenter querere: & querendo inuestigare: nulla aduersa formidare: nullam consolationem extra Ihesum recipere: omnia propter ipsum contempnere. Et reliqua scripta in Landolpho carthusien. de vita cristi.

Oratio.



O Dulcissime domine o dulcissime magister q̃m bonus es hiis qui recto sunt corde: q̃m suauis hiis qui diligunt te. O q̃m felices sunt qui querunt te: & q̃m beati qui sperãt in te. Vere certum est ꝙ diligis omnes diligentes te: & nunq̃m derelinquis sperantes in te. Ecce enĩ hec dilectrix tua simpliciter querebat te: & veraciter inuenit te: & non est derelicta a te: sed plus est assecuta per te q̃m expectaret a te. Obsecro ergo te domine da & mihi diligere & querere te: & sperare in te: vt & ego a te diligi: & te inuenire merear: & a te nunq̃m derelinquar Amen.



Quomodo apparuit dominus discipulis in presentia thome.

Octaua resurrectionis apparuit dominus Ihesus discipulis suis iterũ in presentia Thome. Nam quia non malicia: sed ignorantia Thomas dubitauit noluit pius magister tam dilectum discipulum in infidelitate derelinquere: sed ad fidẽ eius reformandam iterum dignatus est apparere. Igitur cũ in predicto monte syon iterum essent discipuli: & Thomas cum eis: pastor bonus & de pusillo grege solicitus venit ianuis clausis: & stetit in medio eorum: vt posset videri ab omnibus: & dixit. Pax vobis. Nunq̃m potest esse pax in collegio nisi prelatus sit in medio. Ita ꝙ non plus ad partem vnã inclinetur q̃m ad aliam. Columpna nunq̃m sustinet edificiũ si sit ad partem prope parietem: & non in medio sic terra immobilis est: quia in centro seu medio cõsistit. Sepe dominus pacem discipulis nũciat: cõmendat: & ꝑsuadet habere: quia sine pace impossibile est deo placere. In pace eni factus est locus eius Deinde dicit Thome. Infer digitum tuum huc: & vide manus meas: & noli esse incredulus. Tũc thomas cicatrices domini tetigit & non solum corde credendo: sed etiam ore confitendo: quia vtrũq; ad salutem requiritur: exclamãs dixit. Tu es dominus meus: scd̃m humanitatem qua me sanguine tuo redemisti: & deus meus: scd̃m diuinitatẽ qua me creasti. Iam nihil dubito: sed certus sum de resurrectione tua. Dicit ei Ihesus. Thoma quia me vidisti credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. In hoc versiculo non solum fides Thome cõmendatᷓ sed etiam nostra salus futura predicitur: & hereticorum error excluditur dicentiũ Ihesum non verũ corpus habuisse. Considera hic dominatoris clementiam qualiter etiã pro vna anima ostendit seipsum vulnera habentem. Et accedit vt saluet vnũ. Hoc autem de Thome dubitatione dispensatione permissum est vt euidentioribus argumẽtis resurrectio domini ꝓbaretᷓ. Ideo eni dubitatum est ab illo ne dubitetur a nobis. Vnde Grego. Non casu sed diuine pietatis dispositione gestum est: vt ille dilectus discipulus tunc deesset qui audita resurrectiõe dubitaret: dubitans palparet: & palpans crederet: vt a nostris cordis omnem dubitationẽ expelleret. Et dum in suo magistro vulnera palparet carnis. In nobis vulnera infidelitatis sanaret: plus eni i nobis incredulitas Thome: q̃m aliorũ credulitas ad fidem profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitᷓ mẽs nostra omni dubitatione postposita in fide solidatur Minus eni mihi maria prestitit que cito credidit q̃m thomas qui diu dubitauit. Ille eteni vulnerum cicatrices tetigit: et de nostro pectore dubietatis vulnus amputauit. Hec ille. Dispensationis etiã gratia non ex curandi impotentia dominus qui mortis regna destruxit signa mortis delere voluit: sed pluribus de causis vestigia passionis. s. cicatrices vulnerum in corpe incorruptibili reseruauit: que longũ hic esset enarrare scripte in Landolpho carturien. secũdo volumine de vita christi. Ille cicatrices sunt christo non in deformitatem: sed in magnam pulcritudinem: vt ait Crisostomus: super radio solis lucidiores. Sicut & in illo regno ait Augustinus etiã apparebunt in corporibus beatorũ cicatrices vulnerum que pro christi nomine pertulerunt sicut stella in celo: sicut lapis preciosus in annulo: sic flos i stipite. Et sicut rubeus color in rosa. Non eni deformitas in eis sed dignitas erit. etce. Conspice nunc dominum & considera solitam ipsius benignitatem humilitatem & amorem feruẽtem: quomodo videlicet mõstrat Thome & aliis discipulis vulnera: vt tollat omnem obscuritatem de cordibus eorum ad ipsorum & nostram vtilitatem. Stat igitur cum eis per aliquam morulam loquens de regno dei consolatoria. Stant & ipsi cũ eo in leticia magna audientes illa verba excelsa & aspicientes faciem eius plenam gaudio & decore et gratia. Attende bene eos familiariter circumstantes. Sta & tu reuerẽter & verecunde: sed gaudenter alonge tamen si forte misericordia motus faciet te vocari: licet immeritũ Tandem dicit eis ꝙ in galyleam vadant. Et q̃ ibi eis apparebit sicut promiserat: & benedictione data discessit ab eis. Ipsi vero remanserunt vt prius de ipso famelici & sitibundi: sed plurimũ confortati.

Oratio.

Domine Ihesu christe qui Thome dubitãti loca clauorum & lancee ostendisti: & eum per digiti & manus immissionẽ ab errore reuocasti. Da mihi vt tuorum vulnerum & passionis semper habẽs memoriam digitũ et manũ: hoc est quicquid discretiõis & operis in me fuerit totũ in seruiciũ tuũ mittam & expendam: & cum Thoma confitear quia tu es dominus meus qui me sanguine tuo comparasti: & deus meus qui me creasti vt ꝙ de credentium salute futura esse predixisti in me merear experiri et te largiente beatus apud te inueniri Amen.

N



De ascensione domini.

Sciens nunc Ihesus quia eius venit hora vt transeat ex hoc mundo ad patrē cum dilexisset suos. Nunc vero in finem dilexit eos. Tuncq̧ dum recumberent seu comederent vndecim apostoli in illo cenaculo in quo dominus cenauerat cū beata virgie & aliis suis amicis apparuit eis dominus: & comedit cū eis benignus magister ante discessum suū in signū & memoriale specialis dilectiōis & gaudii Et cū comedissent eduxit omnes verbo.s.nō manu foras:idest extra ciuitatē in Bethaniā: & dixit eis: q̄ in montem olineti transirent: & inde eum in celum ascendētem viderent: & tunc disparuit & euanuit ab oculis eorū. Tunc quidam ceperunt eum interrogare dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnū israel. Respondit dominus. Non est vestrum nosse tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate. Depost cū locutus esset eis que ad eruditionem sue pertinebāt consolatiōis: vnum quēq̧ deosculatus ē intime amore cordis: qa scd̄m Ambrosiū apostolis reliquit oscula pacis. Deinde valedicens eis eleuatis manibus vt suos patri offerret benedixit eis.s.bona operando: ꝓmittendo: cōferendo vt eos contra hostem muniret: & donis celestibus augeret. Tūc mater & omnes alii aspicientes eum in celum eleuari: procederūt in terram adorantes. Et propter discessum lachrymas cōtinere nō poterant: multum tamen gaudebant q̄ ipsum sic gloriose celum petere cernebant. Et ecce omnes beatorum spirituū ordines occurrerūt eidem decenter & seriatim per acies suas: vnus ex eis non remansit qui domino suo obuiā non veniret. Et inclinantes se cum omni reuerentia qua poterāt eum cum hymnis & canticis ineffabilibus deducebāt. Itaq̧ iuxta prophetam ascendit in iubilo: quod maxime refertur ad vocē iocunditatis redemptoris cū ipso ascendentiū q̄ prius voce lachrymabili clamarēt in partibus inferni. Aduenisti desiderabilis quem expectabamus in tenebris. Et dominus in voce tube: quod refertur ad sonū predicationis apostolorum qui tūc fuit eis iniunctus domino docente. Euntes in mundum vniuersum predicate euāgelium omni creature. Cumq̧ iam psallerent tam anime q̄m angeli beate: dominus iunctis manibus deuote & sursum ante pectus erectis: & nubecula sub pedibus ascēdit. Et omnes beati singuli modo iunctis manibus cū domino ascenderūt. Nunc quia omnia completa sunt in ascensione magnificus est valde dies iste. quippe festum solennissimum domini Ihesu: quia hodie cepit sedere ad dexterā patris: & requiem capere a labore sue peregrinatiōis. Est etiā propriū festum omniū supernorū spirituū. Est et festum patriarcharū: prophetarū: & aliarum animarū sanctarū quia ad supernā patriā hodie primitus intrauerūt. Est etiam festum domine nostre que filium suum vnigenitum in ea carne quam de se assumptam nouerat coram oculis suis gloriose sic vidit tanq̄m deum verum super excelsa conscendere. Nihilominus & festum nostrum quia humana natura hodie super celos exaltata: & homo perditus ad regna celestia: & ad societatem angelorū quia per dominū Ihesum christum est reuocatus. Ascendamus interim corde: vt cū dies ꝓmissus aduenerit sequamur & corpore. Ad hoc ascēdit eni christus vt corporali presentia subtracta ꝓuocet affectum nostrum & toto corde eum desideremus. Et ideo que sursum sunt queramus: quo ad vim intellectiuam: que sursum sunt sapiamus: quo ad vim affectiuā. Desideria terrena fugiamus: nihil iam nos delectet in infimis qui patrem habemus ī celis: q̄ si aduc hic tenemur in infirmitate corporis: sequamur tamen eum passibus amoris. Sic ascendit corde miles quidam qui in partibus vltra marinis omnia loca in quibus saluator noster fuerat solicite cum lachrymis visitauit. Et dum omnia sancta loca deuote ꝑquisiuisset vltimo venit ī montē olineti vnde dominus ascendit: vbi post longam orationē cū lachrymis dixit. Domine vbiq̧ quesiui te diligēter: vnde dum venerim ad locum vbi celos ascēdisti: nescio vbi amplius te requirā. Iube ergo spiritū meum suscipi vt ad dexteram patris videam te residentem in gloria. Et hiis dictis spiritum suum sine dolore reddidit.

Oratio.

Ihesu corona celsior qui resurgens a mortuis ad patris ascēdisti dexteram trahe ad te mentem meā vt te solum ardenter desiderem & inquiram. Da queso toto desiderio et studio tendere quo te credo ascendisse: & in presenti quidam miseria solo tenear corpore: tecum autem sim cogitatione: & auiditate: vt ibi sit cor meum: vbi tu es thesaurus meus desiderabilis et amabilis: trahe me post te vt per tuam gratiam de virtute in virtutem ascendens te deū deorum videre merear in syon Amen.



De pentecoste.

Die vero pentecostes: idest quinqgesima a resurrectioe: sed decia ab ascensione domini dum pariter erant in cenaculo mōtis syon discipuli fere centum & viginti vtriusq3 sexus congregati in oratiōe perseuerantes: & promissionem spiritussancti expectātes: hora tercia factus est sonus de celo tanq̄m aduenientis spiritus vehementis totam domum replentis. Dona eni spiritussancti non nisi in vnum congregatis per consensum: & ad superiora subleuatis per desiderium venire potuerunt. Et lingue diuise sunt velut ignis insidētes capitibus singulorū Septem eni dona spiritussancti cōgrue demōstrantur in igne. Spiritus eni sanctus ad instar ignis primum purgat per donū timoris. Secundo liquefacit per donū pietatis. Tercio decorat per donū scientie. quarto consolidat per donū fortitudinis. quinto eleuat per donū consilii. Sexto illuminat per donū intellectus. Septimo dulcorat per donū sapientie. Et sic repleti sunt omnes spiritusancto Et deinde ceperūt loqui variis linguis: scd̄m impetum eiusdem spiritussancti: & prout ipse dabat os pronūciare & eloqui: qui diuidens singulis prout vult: & spirans vbi vult: & quādo vult: q̄ntū vult: quomodo vult: & quibus vult. queris autem cum sint inuestigabiles vie eius: vnde ipsum adesse nouerim Nempe ex motu cordis intellexi presentiam eius. Et ex fuga vitiorum carnaliū: & compressiōe affectuū: aduerti potentiā virtutis eius. Et ex discussiōe siue redargutiōe delictorū meorū que miratus sum ꝓfunditatē sapientie eius. Et ex q̄ntalacunq3 emēdatione morū meorū expertus sum bonitatem mansuetudinis eius. Et reformatione & reuocatiōe spiritus mētis mee percepi vtranq3 speciem decoris eius. Interroget igitur quisq3 cor suū. Si diligit fratrem manet spiritus dei in illo. Si adest dilectio pacis et vnitatis. Dilectio ecclesie toto terrarum orbe diffuse. Et hoc valde differenter accipienda sunt signa. Nam spiritussanctus spirat: inhabitat: & replet. Spirat quo ad incipientes. Inhabitat quo ad proficientes. Et replet quo ad perfectos. Signa autem spiritussancti quibus spirat quo ad incipientes scd̄m Bernhardum sunt tria. Primū est dolor de culpa preterita: qa spiritussanctus odit sordes: nec inhabitare potest in corpore subito peccatis. Secūdum est firmū propositum cauendi peccata futura quod nullatenus haberi potest sine gratia spiritussancti assistente: & infirmitatem nostrā adiuuante Terciū ē promptitudo boni: quia amor dei qui est spiritussanctus nunq̄m est ociosus. quo ad proficientes sunt etiā tria quibus conicitur spiritussanctus eos inhabitare. Primū est frequens & iusta cōsciencie examinatio nō solū de peccatis mortalibus: ymmo & de venialibus: quia sicut spiritussanctus opponitur peccato mortali: ita feruor caritatis qui est a spiritusancto opponit peccato veniali: vt ab aia ipsum expellat ne spirituisancto displiceat. Secundum est concupiscentie dei in q̄ntum eni in perficiente charitas semper augetur: tanto cor a temporalibus elongatur. Tercium est studiosa mandatorum obseruatio sine vera dilectione esse non potest. quo ad perfectos autem sunt alia tria signa excōiectuatur spiritussanctus eos repleuisse. Primū est diuine veritatis manifestatio. Cum enim spiritussanctus sit spiritus veritatis: ꝓpriū est sibi docere omnem veritatem. Secundum signū est nihil timere nisi solum deū. Perfecta eni charitas foris mittit timorem. Vnde apostolus. Vbi spiritus domini ibi libertas. Libertas autem non stat cū timore seruili. Terciū signū est desideriū dissolutionis: vt. s. homo ex vehemētia diuini amoris cupiat dissolui & esse cū christo. Preter predicta autem signa sunt alia tria per que quis potest conicere se spiritūsanctum habere. Ideo eni spiritussanctus in triplici signo apparuit. s. in specie nubis super christum transfiguratum In specie columbe sup christum baptisatum. Et in specie ignis super apostolorū collegiū congregatū Primū ergo signum est habundantia lachrymarū. Et ideo in specie nnbis apparuit. Sicut eni adueniente austro nubes resoluuntur in pluuias: sic & aduenīete spiritusancto mentes resoluuntur in lachrymas. Secundum signū est dimissio iniuriarū: ideo apparuit in specie columbe que caret felle. Terciū signū est desideriū supernorū: ideo apparuit in specie ignis qui semper sursum tendit. Sic spiritussanctus corda sursum eleuare facit. ꝙ si hec desideras delectationes carnis respuere debes. Vnde Grego. Si carni quodlibet abscindimus mox in spiritu q̄d delectat inuenimus. Possunt autem spirituales & carnales cognosci ex verbis apostoli dicentis. qui scd̄m carnem sunt que carnis sunt sapiunt: qui vero scd̄m spiritum que sunt spiritus sentiūt. Specialiter tamen ex quibus probatur homo vere spiritualis videlicet si tam cito & tantū fugit locum vbi ledi potest in spiritu: sicut vbi ledi potest in corpe. Si tam libenter audit meditari spiritū sicut corpus. Item si tā diligēs est circa spiritū: sicut carnalis circa carnē.

Oratio.

Iesu donorū omnium dator qui in ignis specie super discipulos tuos misisti spiritumsanctum precor & obsecro piissime vt hec dona que discipuli tui de tua sumpserunt largitate licet indignus summam ad salutem meam te largiēte: & immitte sup nos seruos tuos spiritum tue charitatis: dilectionis: & pacis: que corda nostra visitet a viciis purget virtutibus illustret: in vinculo dilectionis astringat lumine tue cognitionis illustret: & ardore tue dilectionis inflammet: condona nobis peccata: & dona vite vitam eternam Amen.



De assumptione & laude beate Marie virginis.

P Ost missionem spiritussancti reman sit virgo mater q̄ndiu vixit in mōte syon. queso si qua sunt in vobis viscera pietatis: cōsiderate quo cruciabatur amore: quo ve desiderio estuabat hec virgo dū reuolueret amodo cuncta que audierat: que viderat que cognouerat. Vera & indubitata de eius assumptione sententia hec esse probatur: vt scd̄m apostolum siue in corpore: siue extra corpus ignorantes: assumptam tamen: & exaltatam super omnes choros angelorum credamus. Ad cuius profecto exequias q̄ntum phas est credere famulabantur angeli & vniuerse celorū congratulabantur curie: quia credendum est militiam celorū cum suis agminibus festiue obuiam venisse genitrici dei eam quasi ingenti lumine circūfulsisse: & vsq3 ad thronū: olim sibi & ante constitutionem mundi paratum cū laudibus & canticis spiritualibus cōduxisse: nulli dubium omnem illam celestem hierusalem tunc exultasse ineffabili leticia: tunc iocundatā esse inestimabili charitate: tuncq3 cum omni gratulatiōe iubilasse: quoniā festiuitas hec que nobis reuoluit annua illis omnibus facta est cōtinua. Nec immerito: creditur eni q̄ saluator omniū ipse q̄ntum datur intelligi per se totus festiuus occurrit: & cum gaudio eā secū in throno collocauit. Quid amplius possum dicere o domina: immensitatem quippe gratie & glorie tue cōsiderare cupienti sensus deficit: lingua fatescit: quemadmodū eni omnia que in celo sunt per glorificationem tuam ineffabiliter decorantur ita per eandem glorificationem cuncta que in terra subsistunt ineffabiliter sublimantur. Sicut ergo deus sua potentia cuncta patranda pater est dominus omniū. Ita beata Maria suis meritis cūcta reparando mater est et domina rerum: quemadmodum eni deus ex sua substātia genuit eum per quem cunctis originem dedit. Ita et Maria de sua carne peperit illum que in decorem prime conditionis omniū cuncta restituit. Item sicut nulla rerum species nisi per dei filiū facta subsistit: ita lex diuine dampnationis neminem deserit nisi quem ab ea filius Marie absoluit. quis ista recto sensu: & corde sincero perpendens per plene percipere queat excellentiam domine huius p̄ quam tam ineffabili gratia a tam inestimabili eiectione erectus est mūdus. qua propter ea que nobis sunt impenetrabilia intermittentes precibus impetrare nitamur: vt quod intellectu capere nequimus salutari effectu obtinere mereamur Per hos eni ratiōes impossibile est vt aliquis homo ad eam cōuersus & ab ea respectus dampnetur. Ipsa est mater iustificantis & iustificatorū: saluantis & saluatorū: quomodo ergo desperemus cū salus siue dampnatio nostra ex boni fratris et pie matris pendeat arbitrio. Nunquid sustinebit bonus frater puniri fratres suos quos redemit bona mater: damnari filios suos quorū ipsa redemptorem genuit. Exultemus igitur & nos miseri cum celicolis et creaturis vniuersis prout possumus: ac talē & tantam virginem pro nostro modulo laudare studeamus. Assumptio illius virgis fuit olim prefigurata quā do archa domini in domū regis est translata. Rex Dauid coram archa domini cytharisauit: & eam cum magno iubilo in domū suam adduxit. Item Iohanni etiam in pathmos insula: vbi mulierē mirabilem in celo videbat amicta sole. etce. Et interim in matre Salomonis. Omnes igitur Mariam inuocent: omnes Mariam nominent: omnes Mariam pre omnibus aliis creaturis ament. Omnis etas: sexus: & professio Mariā studiose reclamāt. Cum eni summū regem peccando perdimus. Cum angelos: & sanctos omnes offendimus. Cum etiam nobismetipsis graues sumus: & omnino nescimus quid agere debeamus: hoc solum restat miseris vt oculos cordis & corporis ad te leuemus consilium querentes petentes auxilium. Intende igitur piissima domina vt nobis ad effectum proueniat p̄pter q̄ deus noster ex tuo castissimo vtero factus homo inter homines venit. Tibi nos commendamus: tu procura ne pereamus. Amen.

Oratio.

D Eus dator gaudii: largitor solatii: sollicitus releuator: meroris effugator q̄ beatam Mariā virginem matrē tuam maiestatis speculum: angelorū solacium: tue bonitatis ymaginem: nostre salutis originem: multiplici gaudio in terris: & in celis letificasti. Cōcede mihi suplici tuo vt qui ad eam quasi ad fontem gaudii in doloribus meis fiducialiter recurrere presumo: valeam ipsius meritis: & intercessione presentis & perpetui gaudii effectum sentire: et ad illud ineffabile gaudium quo assumpta gaudet in celis feliciter peruenire Amen.



De extremo iudicio seu aduentu secundo domini.

Conditiones huius iudicis in hoc aduentu secundo ponit euāgelista per oppositum conditionem eius in aduentu primo. Vbi eni primo in humilitate apostolorū pauperū societate & ꝓpria infirmitate venit. Secundo iam veniet in maiestate angelorū societate & iudicis dignitate. Vnde Remigius. In maiestate deitatis iudicaturus adueniet qui in humilitate serui apparuit iudicandus. Et hoc manifeste non ita celatus in corpore sicut antea: vt qui contempserūt eū in humilitate: cognoscāt eum in potestate. Tuncq; sedebit sup sedem maiestatis sue. Et congregabunt ante eū tanq̄m ante iudicem suū omnes gētes. Seperabitq; eos ab inuicem. s. bonos a malis: sicut pastor segregat oues ab hedis de die sunt simul in pascuis: sed in vespere segregabit Sic in vita presenti sunt in ecclia simul boni & mali: sed in vespere mortis seu mūdi seperabit christus bonos a malis: sicut oues ab hedis. In ouibus intelligitur innocentia bonorū propter simplicitatē mititatem & fecunditatē. In hedis intelligit puersitas malorū ꝓpter feditatē: impetuositatem: et sterilitatem. Et statuet oues seu bonos a dextris suis: hedos autem seu malos a sinistris: vt in ipsa positiōe dextre & sinistre iam ex tūc vtraq; pars cognoscere poterit cui misericorda: & cui miseria immineat. Merito iustos ad dextrā quia nunq̄m cognouerūt sinistram Merito impii ad sinistrā quia nunq̄m cognoscere voluerunt dexterā. A sinistris sunt qui querūt temporalia. A dextris qui querunt eterna. Et tunc dicet rex hiis qui a dextris erunt. s. bonis. Venite benedicti patris mei: hoc est q a patre meo benedictionem gratie accepistis. Possidete et eternaliter tenete paratū vobis regnū celorū: locum sanctorū a cōstitutione mundi: idest ante constitutionem mūdi per predestinationem.


De predestinatione.

Hic igitur notandum ꝙ differentia est inter predestinationem & prescientiam dei: quia predestinatio est precognitio bonorū cū causalitate eorūdē Sed prescientia dicit precognitionē respectu malorum sine causalitate que potius residet penes liberū arbitriū. Vnde predestinatio dei fit conditionaliter ita ꝙ nihil sine aliqua cōditiōe predestinatum est. Predestinatū est eni vt saluaret mūdus sed per aquā baptismatis & mortem filii dei. Predestinati sunt omnes boni ad gloriā ea tamen cōditione si fidē tenuerint charitatē: humilitatē: pacientiā: misericordiam: pietatē: & hiis similia habuerint. Tales eni eos futuros preuidit quos deus advitā predestinauit Et quasi predestinando eis diceret. Ego quidem ad vitam vos predestino: si tamē tales & tales fueritis Si mandata mea custodieritis: & reliqua: qui talis esse nō vult: ad predestinationē nō venit: quia conditionem eius non seruat. Noli igitur attendere ad predestinationē dei quā ignoras: sed potius attēde ad verba que audis & intelligis. Sicut eni in predestinatione sua verus est deus & mutari non potest: ita & verba eius vera sunt & mutari non possunt. Sed audiamus que sint hec verba. Peccator inquit quacunq; hora conuersus fuerit & ingemuerit vita viuet & non morietur. Similiter in euangelio qui crediderit & baptisatus fuerit. etcete. Et iterū. Si dimiseritis hoibus peccata eorū dimittet vobis pater. Nec aliā querat predestinationē. In hiis eni verbis hic ois: & vite mortis predestinatio & prescientia cōsistit. Si hec feceris esto securus q̄muis eni nullus homo ad peccatū sit predestinatus. Omnis tamen homo aut ad gloriā: aut ad supplicium est preuisus: Nullus ergo dicat se frustra orare deū & alia bona facere quia predestinatio diuina que est preparatio gratie in presenti: et glorie in futuro cum sit eterna sic ab eterno predestinauit aliquem ad beatitudinē scilicet p merita sua & orationē. Predestinatio eni est taliter instituta vt precibus & laboribus obtineatur. Vnde Augusti. Si non es predestinatus fac vt predestineris. Sicut eni deus aliquē saluandum preuidit sic & modum quo saluari debet. Et tūc cōmemorabit dominus sex opera misericordie in se capite & in membris suis propter eū facta: que sunt pascere esurientem. etcete. Vnde versus. Vestio: poto: cibo: redimo: tego: coligo: tondo. Sed iusti quasi laudem fugientes interrogabūt: quando hec sibi fecerint. Respōdet rex illis. Amen dico vobis q̄m diu idest eo & q̄nto tpe fecistis fratres sunt: quia fecerunt voluntatem patris: minimi vero quia fuerūt humiles & abiecti. Aduertendū tamen q, quādo dicitur: domine quando vidimus esurientē. etcete. Non est questio ꝓcedens ex ignorantia: quia iusti cognoscēt ꝙ opa misericordie facta membris christi ipse sibi reputat fieri: & ꝓ talibus se saluari. Et silr mali scient se pro cōtrario dampnari. Sed est questio ammiratiōis ꝓ magnitudine gratie que fiet electis: & ꝓ magnitudine miserie que infligetur reprobis. Sic itaq; fiet iudiciū sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. quid ergo merentur qui aliena rapiūt: si eternaliter dampnantur qui de suo non dederint. Si talia sustinebunt immisericordes qualia passuros putamus crudeles. Vnde Crisostomus. Eternū est supliciū malorū. Et similiter premium bonorū. Sicut eni peccata actualia transeūt actu & remanent reatu. Ita bona opera transeunt actu & remanent merito. Vnde Hieronymus. Prudens lector intende ꝙ & suplicia eterna sint: & vita perpetua metum deinceps nō habeat ruinarum.

Oratio.

Domine Ihesu christe iudex viuorū et mortuorum in extremo iudicio me a dextris collocare digneris Et tūc audire vocē tuā dulcissimā quā electis tuis ꝓmisisti: puta. Venite benedicti patris mei. etce. Neq; timeā ab auditiōe mala quā cominatus es reprobis dicēs. Ite maledicti in ignē eternū. O vnigenite fili dei miserere nostri: ne vnq̄m illā penā incurabilē expiamur scilicet excidi a regno tuo & cōburi in gehenna deus meus misericordia mea Amen.

Pars tercia



Tres abiissus dominice passiōis
Incomprehensibilis penalitatis
Incōprehensibilis humilitatis
Incōprehensibilis utilitatis
a
Plenitudine cognitionū
Magnitudie occasionū.
Multitudine rationum.
Plenitudo cognitionis
Peccatorum
Tormentorum
Martyriorum
omniū
Presentium
Preteritorum
Futurorum
Magnitudo occasionum
Immensus amor
Immensus dolor
Immensum gaudium
crucem
Simul nectit
In latum extendit
In altum erexit
Multitudo rationum
Prime abiissus
Secunde abiissus
Tercie abiissus
Sunt
Duodecim rationes
vigintiocto rationes &
Xii. fructus ligni vite
Rationes prime abiissus
Offensionis
Ignorationis
Recessionis
Reuerberationis
Compassionis
Incisionis
Silr
Deformationis
Fornicationis
Contritionis
Priuationis
Obligationis
Abbreuiationis
Rationes secunde abiissus
Religionis
Perfectionis
Cognitionis
Vnionis
Silr
Solicitudinis
Ingratitudinis
Familia is
Conuersationis
Cause efficienti
Rationes secunde abiissus
Nature
Forme
Sapientie
Potentie
Silr
Fame
Sequele
Glorie
Vt infra
Cause materialis
Rationes secunde abiissus
Derisionis
Flagellatiōis
Coronatiōis
Nudatiōis
Silr
Crucifixionis
Blasphematiōis
Confusionis
Vt infra
Cause formalis
Rationes secunde abiissus
Loci
Situs
Eelti
Hore
Silr
Modi
Cause
Mortis
Cause finalis
Tercia abiissus continet
Aptitudinem
Altitudinem
Magnitudinem
Fortitudinem
Rectitudinem
Latitudinem
Pulcritudinem
Multitudinem
Dulcedinem
Sanctitudinem
Promptitudinem
Plenitudinem
Crucis duodecim fructus ligni vite
vt infra patebit.

¶ Tres abyssus dominice passionis.



Dolores christi quos ab instanti conceptionis sue ipse in mente & corpore eius habuit indicibiles & incomprehensibiles fuere quorum iam varietates continuo resoluebantur in corpus suum sanctissimum scdm diuersitatem obiectorũ dolorum ipsorum: necnon & omnes eius corporales pene scdm earum diuersitatem & acerbitatem resoluebãtur in eius mentales dolores etiã imcomprehẽsibili & inexplicabili modo: quod intelligens a ratiõabili creatura comprehendi non posse Eccli. i. ait. Altitudinem celi: idest diuinitatem christi: & latitudinẽ terre: idest passionẽ ipsius corpis: & ꝓfundũ abiissi: idest anime eius in doloribus abiissate quis dimensus est: quasi diceret: nulla rationalis & creata natura. Cui alludit propheta in persona christi dicens. Afflictus sum & humiliatus sum nimis. Rugiebã a gemitu cordis mei. Domie ante te oẽ desiderium meũ. Psal'. xxxvii. In qbus verbis sacratissimis tres abiissus dominice passionis mystice describuntur. Prima est abiissus incomprehensibilis penalitatis. Vnde dicitur. Afflictus sum. Secũda est abiissus incomprehensibilis humilitatis. Vbi subditur. Humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu. etce. Tercia est abiissus incomprehensibilis vtilitatis: cum additur. Domine ante te omne desideriũ meum. Vt tamen huiusmodi abiissus aliqualiter comprehendere valeamus. Hec tria ad presens de ipso domio premittendo consideremus. s. Plenitudinem cognitionum. Magnitudinem occasionũ & multitudinem rationum.

¶ De plenitudine cognitionum.

Primum dico plenitudinem cognitionũ ex quibus tunc crux illa abiissus scilicet incomprehensibilis penalitatis formabatur. Abinstanti enĩ conceptiõis sue ex vniõe diuini verbi tres habuit in mente sua cognitiones. s. cognitionem preteritorũ: presentium: & futurorum: que tres cognitiones fuerũt quasi tres altissimi montes super quos erecta & fundata fuit crux domini nostri Ihesu cristi De quibus propheta ait. Fundamẽta eius in montibus sanctis Ex hoc patet ꝙ inter cetera maxime tria principaliter cognita erant semper in mente christi. Primo omnia peccata que cõtra deũ in preterito perpetratata erant: & in presenti cõmittebantur: & in futuro perpetrari debebant. Secundo omnia tormẽta que antea passus erat tunc patiebatur: & in futuro passurus erat. Tercio omnia martyria: suplicia: et labores que sustinuerũt precedentes iusti: & omnes tũc existentes: & omnes qui vsqꝫ ad finem seculi futura sunt quorũ omnium ipse caput erat.

¶ De magnitudine occasionũ.

Secundum dico magnitudinem occasionum crucis sue. Vbi iterũ tria semper fuerunt in christo Ihesu in hoc seculo quo aduixit: ex qbus formabatũ mẽtalis crux christi eius. s. Immẽsus amor. Immensus dolor. & immẽsum gaudiũ. Nam sicut duo ligna se intersecantia constituũt crucem que in medio clauo nectũtur. Sic dolor & gaudium constituerũt cristi mentalem crucem. Vt gaudiũ erigat in altum propter honorem diuinũ: & dolor pertransuersum propter nostrum flagicium: idest peccatum. Et hec duo in amore quasi in clauo medio connectuntur Aut potius ab illo illa duo equaliter oriãtur tanq̃m a principio radicali. Igitur immẽsibilis crucis occasio fuit immensus amor a quo processit. Nam tantus extitit: q̃ntus quo ad deum & proximũ suũ fuit Secundo etiam mensura & magnitudo dominice passionis & crucis tanta fuit: q̃ntus extitit dolor in mente eius: et pena in carne que maxima fuit: quia contra naturam patientis: & secũdo contra volũtatem sensualitatis: vt dicit Alexander de hales tercio Ymmo q̃ntum deum & proximũ adamauit: tantũ sicut infra dicetur de iniuriis iniuriati atqꝫ iniuriantis doluit & sumpsit penam. Tercio immensurabilis mensura & magnitudo dominice passiõis fuit immẽsum gaudium ipsius christi. Nam scdm eundem Alexãdrum. Propterea fuit meritoria: quia fuit in parte rationali sicut volitum & placitũ: al's nõ fuisset virtuosus dolor: neqꝫ deus gratus si inuitus doluisset.

¶ De multitudine rationum.

Tercio cõsideremus multitudinem rationum. s. ex quibus dolor eius tante magnitudinis fuit ꝙ apud humanã & angelicam intelligentiam incomprehensibilis erat. quarum. s. rationum & si multe huiusmodi dolorũ assignari possent duodecim subiungemus: que & duodecim fructus ligni vite merito dici possunt: qui vt auidius nobis sapiant: q̃mlibet predictarũ rationũ in duas subdiuidemus scdm ꝗ in vnaquaqꝫ rationum duo christi fuerunt aspectus. Vt sic duplicate duodecim rationes inexplicabilis crucis in vigintiquatuor rationes consur

gant: q̃si in vigintiq̃tuor horas naturales dici: in quibus speculando conuersabat̃: & cruciabat̃ dei filius dominus noster Ihesus christus: iuxta vaticineũ Zacha. xiiii. capi. vbi ait. Est dies vna que nota est domino. Prima ratio igitur est offensionis. Secunda ignorationis. Tercia recessiõis. quarta reuerberationis. quinta cõpassionis. Sexta incisionis. Septima deformationis. Octaua fornicationis. Nona contritiõis. Decima priuationis. Vndecima obligationis. Duodecima abbreuiationis: de quibus nunc scd̃m ordinem dicemus.

Prima ratio prime abiissus ẽ offensiõis

PRima ratio prime abiissus: quare. s. crux christi fuerit incomprehensibilium dolorũ & penarum est offensionis: in qua duo aspectus cõtinuo erãt in mente Ihesu. Primus ad dilectum deum. Secundus ad dilectũ proximũ. Ratione primi aspectus q̃ntum dilexit eternũ patrem: tantum doluit de qualibet offensione eius. Et q̃ntum dilexit eterni patris gloriam tantũ doluit de peccati cõtra eum ignominia. Amplius tantũ dolorem sensit de qualibet culpa q̃ntum erat grauis eterni patris iniuria: & q̃ntũ iusta requirebat emenda. Et si vnius mortalis iniuria est infinita grauitas: q̃nta erit omniũ simul. Ad q̃mlibet quidem culpam singularem & iniuriã & contumeliam summi patris habuit singularẽ aspectum. Sume exemplum de filio summi imperatoris: qui dilectum patrem cerneret a vilissimo rebaldo per lutum & stercus: per capillos & barbam cõtumeliosissime trahi: & pugnis & calcibus os eius & faciem contundi tanta amaricatiõe vtiq; repleretur q̃ntum diligeret eũ: ac q̃nto ignominiosius tractaretur illo inuito ita & multo perfectius erat in christo & patre eius deo. Secundus aspectus christi erat ad dilectum proximũ. Vnde q̃ntum dilexit eos qui suum offendebãt patrem tantum doluit de tali offensione. Et vt supra predicti filii exemplum imperatoris tanta dilectione filius ille ad illum rebaldum afficeretur q. se in eum cordialiter transformaret quasi iam sibi fecisset imputaret ad penam. quãtus dolor multiplicatus fuerit in corde eius predictis duobus aspectibus propheta ait. Fiant filii eius orphani. & vxor eius vidua. In quo duplex vidue indicatur dolor. Primus ex morte mariti. Secũdus quia orbati patre sunt eius filii. Vt mystice insinuetur duplex dolor in predicto amore dolor. s. de mortali offensa dei & de dãpno offendẽtis p̃ximi

Scd̃a ratio prime abiissus ẽ ignoratiõis

SEcunda ratio prime abiissus quare. s. crux christi fuerit incomprehẽsibiliũ dolorũ & penarũ ẽ ignoratiõis. Duo eni alii aspectus erant in mẽte Ihesu circa humanam ignorantiã: videlicet: quia videbatur illud ignorare dupliciter. Primo q̃ntum fuit beneficium sue humanitatis. Secundo q̃ntum in assumendo humanã naturã fuerit amor sue immensissime charitatis. quis eni humari fecit. His igitur ignoratis ignorãtias humani generis semper existentes agnoscẽs: tantum dolorem in mente sua de illis assumpsit: q̃ntum erat beneficiũ sue humanitatis: & q̃ntũ in hoc fuit magnitudo sue charitatis cum qua & carnem assumpsit et pro nobis in cruce mori voluit. Et que angelica vel humana natura exprimere potest magnitudinem beneficii sue humanitatis atq; incomprehensibilitatem in hoc erga nos sue immensissime charitatis. Proinde Ambro. ait. Tristis erat quia nos paruulos reliquebat paruulos inquit & de vtroq; beneficio ignorantes.

Tercia ratio prime abiissus ẽ recessiõis

TErcia ratio prime abiissus q̃re. s. crux christi fuerit incomprehensibiliũ dolorũ & penarum Est recessionis. Vbi duo alii aspectus erant in mente Ihesu Primo quo intelligebat magnitudinem pene ex qua debebat. s. mori. Et secũdo quo videbat etiam suiipsius compassionem lamentabilis recessus sanctissime anime sue ab innocentissimo corpore eius Ex hoc duplici aspectu in mẽte eius tantus generabatur dolor q̃nta erat pena ex qua moriturus erat. Et q̃ntus erat amor quem ad seipsum habebat. De hoc duplici aspectu dicitur Math. xxvi. Tristis est anima mea vsq; ad mortem: quia. s. video penã quam debeo sustinere: & amorem quo me diligo et teneor me diligere. Et quia nullus in humana natura: nec totum genus humanum sufficiebat hoc intelligere: & sibi compati et regratiari ideo vice omnium electoũ sibipsi condoluit: sicut deo in assumpta natura pro humano genere pacieti. Vnde sicut in aliis sic & in hoc omniũ electorũ supleuit defectum totum se in gratiarũactione relinquens deo & sibipsi de tanto beneficio electis collato. Et in seipso nos omnes fecit recognoscentes in quo nos reputamur bene grati de beneficio redemptionis: & concrucifixi similitudine mortis eius.

Quarta rõ priẽ abiiss9 ẽ reuerberatiõis

QVarta ratio prime abiissus q̃re. s. crux christi fuerit incomprehensibiliũ dolorum & penarum Est reuerberatiõis Vbi duo alii aspectus erant in mente Ihesu. Primus ad sue dulcissime matris amorem. Secundus ad sue amorosissime matris dolorem. quia eni intelligebat dulcissimam matrẽ suam sup omnes alias creaturas ex suo amore inenarrabilibus doloribus plenam. Tantum in mente sua dolebat q̃ntum suam amorosissimam matrẽ diligebat. Sed q̃nti erãt dolores in corde virginis matris que cum in cognitione omniũ dolorũ cristi illustrata fuit & in charitate perfecta in filium sublimata tantũ de eis doluit q̃ntus status materne excellentie requirebat. Et quia materni dolores cõtinuo mentem filii sagittabant. Dixit Iheremias in persona domini.

O vos omnes qui tranſitis per viam attendite & videte ſi eſt dolor vt dolor meus: hoc duplici aſpectu conſideratus.

Quinta ratio prime abiiſſus eſt compaſſionis.

Quinta ratio prime abiiſſus quare .ſ. crux chriſti fuit incōprehenſibilium dolorum & penarū eſt compaſſiōis. quia eni chriſtus caput erat omnium electorum duo alii aſpectus erant in mente chriſti. Primus ad omniū martyrū penas. Secundus ad omnes aliorū ſaluandorū labores & meritorias opationes. Ex quo duplici aſpectu tantus in anima eius generabatur dolor q̄nte erant martyrū pene: & q̄nte erant omniū aliorū iuſtorū laborioſe atq̈ meritorie opationes. Nam omniū martyrū dolores ꝑ compaſſionē ita ſuſcepit chriſtus ꝙ multo amplius & doloroſius fuerunt infixi in corde eius q̄m in martyribus qui illa ſuplicia ſuſtinuerūt. Necnon omnium electorū labores ſolū in generali accepit in corde ſuo: ſed etiā ſingulariter ſingulos multo diſcretius atq̈ perfectius q̄m illi qui ꝓ ſuo nomine illos ſuſtinuerūt. Proinde in perſona domini de hac duplici aſpectu ꝓpheta ait. Sicut aqua effuſus ſum et diſpſa ſunt oīa oſſa mea. Oſſa quidem fortia martires extiterunt quos ꝓpter meritorū aſperitatem diſperſos dicit. Alii vero electi q̄ſi gutte ſudoris propter labores eorū de eius corpore effuſi ſunt qui oēs in chriſti ſanguineo ſudore myſtice demonſtrātur. Nam ſanguis ad martyres: & ſanguineus ſudor ad ceteros electos & iuſtos cōuenientius aptari poteſt.

Sexta ratio prime abiiſſus eſt inciſionis.

Sexta ratio prime abiiſſus q̄re .ſ. crux chriſti fuit incōprehenſibiliū dolorū & penarū: eſt inciſionis: vbi duos alios aſpectus habuit filius dei. Primus ad omnes mortales culpas. Secūdus ad omnes infirmitates noſtras. Ex hoc duplici aſpectu tantum in anima ſua dolebat quot & q̄nte erant mortales infirmitates & corpales ſuorū preciſorū membrorū. Vnde ex hoc duplicato dolore dixit Trenno .i. Foris interfecit gladius .ſ. mortalis culpe mēbra domini precidētis. Et mors domini ſilis eſt cuilibet infirmitati membrorū infirmantiū. Stupendū quidē exceſſum doloris ſumit ratio ſupra dicta ex reſpectu gratie capitis quo redemptor & emendator eſt omnis mali inde inflictū fuerat per peccatū. Propterea aſſumſit Iheſus hec omnia lamentāda & deplorāda vt ſua nō quidā ad cōmittendū: qa peccatū non fecit: ſed pfecte ſoluendum & ſatiſfaciendū: qa ad hoc venit intantū ꝙ omniū pſona indutus ꝓ omnibus ſatiſfecit. Proinde myſtice dici poteſt ꝙ ipſe eſt in celo pluſq̄m ſuper oibus ordinibus angelorum qui digna penitentia non egerunt.

Septīa rō prime abiiſſ9 ē deformatiōis

Septima ratio prime abiiſſus quare .ſ. crux chriſti fuit incō. do. & pe. eſt deformatiōis. Nam & alios duos aſpectus habuit criſtus in anima ſua. Primus erat ad aīe ymaginē. Secūdus ad aīe ſilitudinē. Proinde vidēs horrendā deformitatē quā conſequit aīa ex ꝑpetratione mortalis culpe tantū doluit de illius difformitate q̄nta erat nobilitas ſeu formoſitas ymagis aīe dei formate Et q̄nta erat excentia ſilitudinis ymaginis dei in illa. vnde Iere. Trenno .iiii. admirāter ſtupefactus in pſona domini ait. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorū .ſ. q̄ntū ad ymaginem: et q̄ntū ad ſimilitudinē. Cum igit chriſtus eſſet intimus legitimus animarū ſponſus perfectiſſimus diligens animarū decorem in doloribus & anguſtiis ſuis totum ſe reliquit: & totū ſe ſup cineres maliciarū noſtrarum infudit vt faceret ex ſe lauacrum peccatorū ymaginis et ſilitudinis anime noſtre. Et quis exprimere poſſet dolorē anime chriſti conſpicientis horrendam turpitudinem macularū animarū noſtrarū

Octaua ratio prīe abiiſſ9 ē fornicatiōis

Octaua ratio prime abiſſus q̄re .ſ. crux criſti fuit incō. do. & pe. eſt fornicationis. Vbi duos alios aſpectus habebat in aīa ſua chriſtus. Primus erat ad amorē quo aīas ſuas ſponſas amabat. Secūdus erat ad multitudinem animarū ſuarū ſeu ſponſarum q̄s diligebat. Vidēs igit chriſtus q̄ntū anime preponebant creaturas ipſi omniū creatori ac ꝑ hoc ſpirituales fornicatiōes earū conſiderans dolebat tantum q̄ntū eas ſicut ſponſas amabat. Et quot erāt aīe fornicantes quas diligebat. Vnde Iere. iii. in pſona criſti ſponſi earū inquit. Tu autē fornicata es cū amatoribus multis. Conſidera ꝑ exemplū. Si rex quidā magnus & totus forma decorus & in omnibus donis & gratiis cōpletiſſimus circuiſſet mare & aridā ꝑ vna ſibi acquirēdā ſponſam ac reginā nobiliſſimam ſibi cōſtituiſſet: & illa in oculis ſuis quēdam ribaldum leproſum accipet & amaret: & de ſtercoribus eius totā ſuā faciem deturparet: & ſic diceret ſponſo ſuo. Deoſculare me: quia in alia forma me habere non poteris. Nihil eſſet doloribus ſponſi reſpectu doloris chriſti propter maculas ſue ſponſe cum dyabolo fornicātis & turpiſſimā ſponſe deo mentis faciem oſtendentis.

Nona ratio prime abiiſſ9 eſt cōtritiōis.

Nona ratio prīe abiiſſus quare .ſ. crux chriſti fuit incōprehenſibiliū dolorū & penarū eſt contritionis. Vbi duos alios reſpectus habebat in mente criſtus Iheſus. Primū ad magnitudinem peccatorum Secūdū ad multitudinē eorū. Ex hoc duplici aſpectu tantū in mente dolebat de offenſionibus damnandorum q̄nta erat magnitudo & multitudo peccatorum. Proinde iterum ait Ieremie ſecundo. Magna eſt velut mare contritio tua. Nam & in mari: & peccatorum magnitudo & ipſorum multitudo ſignificatur: quia magnum & multum: magnum in q̄ntitate: & multū in guttarū numeroſitate

Et si vnius mortalis culpe tāta grauitas est q̄nta erit omniū simul. Ad q̄mlibet eni mortalem culpam dolor suus respectum habebat singularem. Propterea cum ipse veniret gratie reparator & culpa mortalis q̄ntum in se est totum regnum gratie delebat. Et cum ipse scd̄m suum esse quasi totaliter gratia videatur non cōceptus naturali opere: sed mystico spiramine. Hinc est ꝙ habuit horrere culpam sicut destructiuam totaliter sui esse & sue intentionis in assumptiōe humane nature. Item cum ipse veniret vt saluator & omniū delictorū nostrorū emēdator & ab eternis penis liberator. Ideo vt nos de omnibus liberaret ꝓ qualibet mortali culpa tantū dolorem habuit ꝙ rigore diuine iusticie solueret correspondentem. Hoc siquidem querebat diuine iusticie inflexibilis rectitudo: & ipsius redemptoris in ratione satisfaciendi integerrima plenitudo. Vt sic nihil remaneret impunitū. s. a diuina iusticia: nihil insolutū. s. a diuina misericordia: ac per hoc vtraq̄ʒ horreret in summa excellentia.

Decima ratio prime abiissus est priuationis.

Decima ratio p̄rie abiissus q̄re. s. crux christi fuit incōprehensibiliū dolorū & penarū est priuationis. Vbi & alios duos aspectus habuit in mēte Ihesus christus. Primū ad gloriā beatorū. Secūdum ad durabilitatē eorū. Tantū igi᷑ doluit dominus Ihesus aspiciēdo omnes qui propter peccatum exules erant a gloria paradisi q̄ntum erat regnum glorie bonū quod amittebant: & q̄ntū erat talis priuatio duratiua eius quā incurrebāt. Proinde ait Ambro. Tristis erat: et hoc propter primū. Et tristis videbat̄ ꝑpter secūdum non ꝓ sua passione. O inextinguibilis amor christi. Considera cum q̄nto affectu pro inimicis suis sibi totis viribus repugnātes sine sua vtilitate tot & talia patiendo ita letabūdo currebat ad crucem. Et ideo Luce xii. ait. Baptismo habeo baptisare: & quomodo coartor vsq̄ʒ dum ꝑficiatur

Vndecima ratio p̄rie abiissus est obligationis.

Vndecima ratio prime abiissus quare scilicet crux christi fuit incōprehensibiliū dolorū & penarū est obligationis. Vbi iam iterum alios duos aspectus in mente sua habuit Ihesus christus. Primū ad suplicia dampnatorū. Secundū ad odiū inter deū & peccatores dampnandos irreuocabiliter generatum. De quo dicit sanctus Bernhar. In mente tantum doluit pro eternaliter cruciandis q̄nta erant tormenta quibus eternaliter cruciandi erant: et q̄ntum odium inter eos et deum eternaliter generatū. Hinc ait Ieremias iii. in persona domini. In tenebrosis collocauit me. Ecce primum: quasi mortuos sempiternos. Ecce secundum.

Duodecima ratio prime abiissus est abbreuiationis.

Duodecima ratio quare. s. crux cristi fuit incōprehensibiliū dolorū & penarum est abbreuiationis. Vbi tandem cristus iterū duos habuit aspectus in anima sua. Primū ad meritū sanctissime passionis sue. Secundum ad fructum suū sanctissime crucis qua pro nobis pependit. Propter ꝙ tantū in mente sua doluit quod nō potuit imperpetuū cruciari q̄ntum intelligebat se mereri: & q̄ntū cognoscebat suum meritū in fructu augm̄etari. Proinde dolendo per aliquē modum: ꝙ nō poterat eternaliter cruciari meruit apud patrē tanq̄m si fuisset eternaliter cruciatus. Propterea Esaias liii. ait. Vere languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Igitur vt nobis suā gloriā sempiternam acquireret hominem in deo cōstituendo per volūtatē & desiderium dilatabat totam vitā suā ad quoddam viuere infinitum: & ad tollerantiā infinite maneriei mortis cōmunicādo se totū ad quodlibet predictorum vigintiquatuor rationū. Et ad obiectum cuiuslibet mortalis culpe: vt suo eterno patri perfectius satisfaceret: & cuiuscunq̄ʒ peccatoris vt nos cū deo ꝑfectius pacificaret. Sed & pater suus eternam suam dilatatam & infinitā voluntatem ac si opere ꝑfecisset plenissime accepit ad omne id ad quantum eius voluntas dilatabatur. Vnde & in hiis duodecim rationibus duplicatis clarescere potest ꝙ ꝓ qualibet ratione crux christi tam immensi doloris fuit vt ꝑ eam apud intellectum humanum multiplicentur pene infinitarum manerierum mortis.

Secunda abiissus dominice passionis.



Secūda abiissus dominice passiōis est sicut supius diximus Incōprehensibilis hūilitatis. de q̄ subdit ꝑpheta. Humiliatus sum nimis: q̄si diceret: excessi in humilitate. Vnde Lu. ix. dici᷑ ꝙ in trāsfiguratione Ihesu christi apparuerūt moyses & helyas visi in maiestate: & dicebāt excessum eius quē cōpleturus erat in hierusalē: qa ibi cōplete ostendit amorē excessiuū quē habebat ad nos: ꝑpter quē assumpsit & sustinuit nō modo solū excessiuū dolorē & penā sicut predictū est: verū etiā excessiuam ignominiam & confusionem sicut nunc dicturi sumus.

Hic est ille excessus et transgressio de quibus huma no generi per Ieremiam ait dicens. Trenno. iii. Recordare paupertatis & transgressiõis mee: quia eorum memoria stuporem immẽse charitatis dei erga nos manifeste mente ingerit: vt merito dicat humiliatus sum nimis. etce. Vt ergo tanta abiissus humilitatis aliqualiter a nobis comprehẽdi possit. Consideremus quadruplicem causam passiõis & mortis christi. s. efficientem: materialem: formalem: & finalem propter quas ipse christus dixit humiliatus sum nimis. Et primo contemplare causam efficientem que fuit causa eius mortis ĩ qua reperiemus stupendam abiissum obprobriosissime mortis et hoc iterum ex septemplici respectu seu ex septemplici ratione. s. religionis: cognitionis: vnionis: solicitudinis: ingratitudinis: & familiaris conuersationis Consideremus primo causam a qua que est causa efficiens. Secundo causam de qua que est causa materialis. Tercio causam scd̃m quam: que est causa formalis. q̃rto causam ad quã: que est causa finalis

Prima ratio secunde abiissus cause efficientis est religionis

Prima ratio secunde abiissus cause efficientis est religionis ratione cuius mors cristi fuit abiissus obprobiosissime humilitatis. Solus eni iudeicus populus erat in toto orbe terrarum sub cultu vnius dei: atq; dei populus appellatus. Magis autem vituperiũ est a iudeis verũ deũ colentibus q̃m ab ydolatris & infidelibus pati. Proinde ꝑpheta ait in persona domini. Amici mei & ꝓximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt: ait amici mei propter cultum vnius diei: & proximi mei quia ex semine abrahe aduersum me appropinquauerũt. s. persequendo: & steterunt. s. victores cõtra me videlicet crudeliter occidendo.

Secũda ratio secũde abiissus cause efficientis est pfectionis

Secunda ratio secunde abiissus cause efficientis est perfectionis. Nam obprobriosius ẽ multo mala pati ab his qui religiosi & status perfecti & sancti extimantur in vniuerso populo dei & ex omnium illorũ facto & consilio mortuus fuit christus. Vnde articulo xxii. superius interrogante eos Pylato atq; dicente quam accusationem affertis contra hunc hominem. Responderunt & dixerunt ei. Si non esset hic malefactor nõ tradidissemus eum tibi: quasi diceret. Hoc tibi sufficere deberet ꝙ nos q sumus tante autoritatis & extimatiõis cum tamen solenniter eum tibi tradidimus dignissimum morte dampnandũ tanq̃m reum: vt verificetur illud Osee vii. vbi dicit. Ego redemi eos & ipsi locuti sunt cõtra me mendacia.

Tercia ratio secunde abiissus cause efficiẽtis est cognitiõis.

Tercia ratio secunde abiissus cause efficientis est cognitionis. Equidem ceteris paribus ignominosius est multo obprobria pati ab intelligẽtibus q̃m ab ignorãtibus & indoctis. Cum doctorũ & peritorũ in malefactis detestatio & reprobatio fide dignior reputet. Cristus autem a doctoribus legis & scribis voluit reprobari & condempnari: vt. s. fundaret fidem passionis sue in virtute fidei: atq; reprobaret sapientiã huius mundi. Proinde et de talibus doctoribus: scribis & phariseis sapientiã dei ignorantibus ait propheta. Turbati sunt: & moti sunt sicut ebrii. s. tempe passiõis christi: & omnis sapiẽtia eorum deuorata est. s. ab inuidia & furore. Vnde. Perdã sapientiã sapientũ: & prudentiã prudẽtũ reprobabo. s. per formatã fidẽ & misteriũ crucis.

Quarta ratio secũde abiissus cause efficientis est vnionis.

Quarta ratio secũde abiissus cause efficientis est vnionis & cõcordie. Ignominosius quidem est cõcorditer a toto populo crucifigi q̃m solum a quibusdam cũ discordia plurimorũ. Cum nequitia delinquẽtis tantum sic esse videatur ab omnibus manifesta & clara ꝙ nulla possit tergiuersione celari: vel excusari: & defensari. In christi quidẽ nece consenserunt & concurrerũt mares & femine: iudei & gentiles: docti & indocti: domestici & affines: vt supra in passione eius dictum est.

Quinta ratio secũde abiissus cause efficiẽtis est solicitudinis

Quinta ratio secũde abiissus cause efficientis est solicitudinis et importunitatis. quando eni scelestus quidã homo morte adiudicatur q̃nto ab omnibus maiori solicitudie tradiẽ morti tantũ illum extitisse nequioris vite & grauiora scelera perpetrasse indiciũ est: ac tanto periculosius videtur mortẽ eius differre. Sed contẽplare mẽs deuota q̃nta solicitudine & opportunitate dominus noster Ihesus christus. Primo media nocte ĩ horto captus: ligatus: cathenatus: delusus: verberatus: impetuoso furore in domũ Anne ductus: examinatus: reprehensus: & alapa percussus. Hinc & secundo eadem rabie furibunda a domo Anne ad domũ Cayphe: et reliqua per totum & omnes ductiões vsq; ad crucis patibulum: vide cum q̃nta solicitudine & importunitate supra in articulis signatis.

Sexta ratio secunde abiissus cause efficiẽtis ẽ ingratitudĩs.

Sexta ratio secunde abiissus cause efficientis est ingratitudinis. Cum enim multitudo populi mlta beneficia ab ipso suscepit: atq; post illa beneficia

ille in ſummo reperitur ingratus. Vnde antiquitus illum populum iudeicū ſibi peculiarem conſtituiſſet ab egypti ergaſculo a ſeruitute pharaōis & multis aliis plagis liberaſſet: ſicco pede per mare rubrū tranſduxit. Manna celica in deſerto quatuor annis & quarto legem dedit & terrā optimā & ꝑphetas poſtea cecos illuminauit: demones eiecit: mortuos ſuſcitauit: & omnes languidos curauit. Poſt hec et ſacramentorū inſtitutionem illi atrociſſimi ſacrilegas manus in eū iniecerunt: ligauerunt: illuſerunt: et flagellauerunt tanq̄m maximū malefactorem inter latrones in crucis patibulo ſuſpenderūt & occiderunt. Proinde propheta in ꝑſona domini lamentabiliter ait. Retribuebant mihi mala pro bonis: et odium pro dilectione mea: detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem. Et reliqua in articulis.

¶ Septima ratio ſcđe abiiſſus cauſe efficiētis ē familiaris cōuerſatiōis

Septima ratio ſecunde abiiſſus cauſe efficientis eſt familiaris cōuerſatiōis. Grauius eni & ignobilius ē pati a domeſticis et amicis: q̄m ab extraneis ignotis & inimicis. Vnde ꝑpheta. Eteni homo pacis mee i quo ſperaui q edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplātatiōnē. Vbi ſupra dicit̄ de Iuda. Secūdo de reliq̄s apoſtolis dicit̄ Eſaie lxiii. Torcular calcaui ſolus. Et Pſal'. Elongaſti a me amicū. Et Iob xix. Et noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me. Et ſic de aliis.

¶ Secundus articulus ſecunde partis Cauſa materialis.

Secūdo iterum ait. Humiliatus ſum nimis ꝑpter cauſam materialē que etiā ſtupendo modo aggrauat vituperiū & ignominiā mortis eius. Et hoc iterum ex ſeptemplici ratione. ſ. ratione nobilis nature: forme: ſapientie: gratie ſiue potētie: fame: ſequele: & glorie. Primo dico.

¶ Prima ratio ſecunde abiiſſus cauſe materialis eſt nature.

Primo dico ratiōe nobilis nature fuit mors chriſti obprobrioſiſſima. quanto eni homo nobilior eſt: tanto ignominioſa mors ſibi illata vituperabilior & obprobrioſior reputatur. Sicut patet in rege: ſic contigit in chriſto qui cū eſſet maximus in natura: factus eſt viliſſimus in ignominia. Appocali. i. Hic dicit primus & nouiſſimus qui fuit mortuus et viuit. Sublimis in gloria: abiectus in ignominia: quia altus in dignitate: infimus in vilitate: qui ſeipſum exinaniuit. Vnde Bernhar. quanto ſe fecit minorem humilitate: tanto ſe oſtendit maiorem bonitate: & q̄nto fuit vilior tanto eſt mihi carior. De nobilitate eius dicit Eſaias. Generationem eius quis enarrabit: q̄ntum ad eternam: et q̄ntum ad corporalem: vide ipſius genealogiam vbi ex patriarchis & regibus. Adauget ergo eius vtilitatem: abiectionē: & confuſionem: immenſitatem altitudo perſone & dignitatis ſue. Cum eni filius dei equalis eterno patri cōtumelia vel obprobria pertulerit merito ignominioſiora extiterūt q̄nto dignitas erat in eo maior. Vnde chriſtus gloria angelorum factus eſt ludibrium peccatorū: altus in dignitate: infimus in vilitate: vt iam ſupra diximus.

¶ Secūda ratio ſecūde abiiſſus cauſe materialis eſt forme.

Secundo ratione forme fuit paſſio & mors criſti magis obprobrioſa & ignominioſa. Res eni q̄nto eſt formoſi or tanto deformitas ei accidēs magis ſtupenda at deformior apparet Sicut patet in facie homis in qua deformitas maior q̄m in ceteris membris corporis apparet. q̄nta autem ſpecioſitas fuerit in chriſto prophete oſtendunt dicentes. Specioſus forma pre filiis hominū. Sapien. vii. Candor lucis eterne. Et in quem deſiderant angeli ꝑſpicere. i. Petri. quanta vero deformitas eius fuerit in paſſione ipſius dicit Eſaias. Nō eſt ei ſpecies neq; decor. Species dicit elegantiam & determinatam cōmenſurationem membrorum quā chriſtus in cruce nō habuit ꝑpter nimiā extenſionem membrorum: ſicut ait propheta. Dinumerauerūt omnia oſſa mea. Similiter ceruicem hiſpidam ꝑpter ſpineam coronā. Decor vero dicit conuenientiā coloris: vbi chriſtus habuit faciem tumidam & pollutā ꝑpter lachrymas & ſputa iudeorum. Carnem liuidam propter colaphas alapas & flagella. Vniuerſamq; corpis fabricam ſanguine cruentatam: quia vulneratus propter iniquitates noſtras. Et reliqua ſupra in articulis.

¶ Tercia ratio ſecunde abiiſſus cauſe materialis eſt ſapientie.

Tercio ratiōe ſapientie fuit mors chriſti ignominoſiſſima. quanto eni homo ſapientior reputatur tanto mors eius obprobrioſa ignominoſior eſt. Sed chriſtus cum eſſet ſapientia patris non tantum a iuſtis & illuminatis ſapiens reputabatur: ſed etiā ab ignorantibus & indoctis. Vnde Iohan. vii. Miniſtri pontificū & phariſeorū ad chriſtū capiendū miſſi redeūtes interrogati ſunt quare nō adduxiſtis illum. Reſponderūt. Nunq̄m locutus eſt homo ſicut homo iſte: loquit̄ q̄ſi diceret. Admirabilis gratia & efficacia verborū eius mentes noſtras ſtupefecit & modo miro detinuit ne caperemus eum. Ipſi etiam met ſcribe & phariſei mirabant̄ de doctrina eius quando dicebant. Hic litteras ſcit & non didicit. Et reliqua de ſapientia dei que tanta fuit q̄ ipſi eū nō poterāt aliquo modo capere in ſermone eius Sed tunc eum diffamauerūt tam in vita q̄m in morte. Et primo in vita de inſapientia naturali Iohan.

xiiii. dicētes. Inſanit quid eum auditis: cum tamen ex naturali inſtictu etiā illuſtriſſimus fuit. Secūdo de inſipientia accidentali & litterali dicētes. quō hic litteras ſcit cū nō didicerit. Et tercio de inſipientia ſpirituali et diuinali. Iohan. viii. Samaritanum eum dicebant: ideſt in diuino cultu hereticū. quarto autem in fine vite eum diffamauerūt de ſumma ſtulticia que eſt vltima blaſphemia contra deū. Mathei xxviii. Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? Et illi reſpondentes dixerunt. Reus eſt mortis. Ex hoc eni illum tanq̄m ſumme ſtultum crucis patibulo affixerūt: & confuſione vltima occiderunt. Vnde Prouer. iii. Salomon in perſona domini ait. Stultiſſimus ſum virorū. ſ. in exterminatione extimatione & ſapientia hominum nō eſt mecum. Non didici ſapientiam. ſ. per acquiſitionem & noui ſcientiam ſanctorum. Et propheta inquit. Deus tu ſcis inſipientiam meā: ideſt ꝙ quaſi inſipiens patior. Neq; non immerito ſtultus reputať mercator qui pro re vili laborat ad mortem & precium magnum expendit pro viliſſima morte. Sed tu deus ſcis inſipientiam meam: quia quod ſtultum eſt dei ſapiētia eſt hominibus: vt habeť. i. ad Corin. i.

¶ Quarta ratio ſecūde abiiſſus cauſe materialis eſt potentie.

Quarto ratione gratie ſiue potentie. ſ. miracula operandi. Miracula quidā que fecit Iheſus in mortali corpore ſi dedignum efficaciſſimū & ſufficientiſſimum teſtimoniū ꝑhibent diuinitatis & humanitatis ſue: ſicut ipſe Iohan. v. teſtatur dicēs. Opera que dedit. etce. vt faciam ipſa teſtimoniū perhibēt diuinitatis & humanitatis. ſ. ꝙ ſim deus & homo Et hoc propter tria. Primo propter ſpeciem operū: quia tranſcendebant omnem poteſtatem create nature. Secūdo propter modum: quia propria virtute miracula faciebat. Luce viii. Virtus dei de illo exibat & ſanabat omnes. Iohan. ix. A ſeculo non eſt auditum ꝙ aliquis aperiret oculos ceci. Tercio propter documentum: ideſt doctrinam que ſe filiū dei affirmabat & aſſerebat que niſi vera fuiſſet nequaq̄m dei virtus aſtitiſſet in miraculorum patratione. Ymmo tunc multa maxima & inaudita miracula faciebat ex quibus chriſti gratia et poteſtas apparuit. que q̄nto maior fuit tanto obprobrioſior mors crucis eius & ad maiorem cōfuſionem & quoddā modo ad negationem ꝙ predicta miracula nō fuerunt vera vt proinde dicebant Mathei xxvii. Alios ſaluos fecit ſeipſum nō poteſt ſaluū facere. Et reliq̄

¶ Quinta ratio ſecūde abiiſſus cauſe materialis eſt fame.

Quinto ratione fame fuit mors chriſti magis obprobrioſa: & per cōſequēs incomprehēſibilis humilitatis. q̄nto eni quis famoſior eſt tanto mors eius obprobrioſa magis infamis atq; ignominoſior reputať. Sed q̄nta fama diffuſa fuerit de domino Iheſu chriſto ante paſſionem ſuam: tum ex multitudine miraculorum: tum ex efficacia & admirāda doctrina eloquiorum ſuorum: tum ex miranda cōuerſatione eius: vt ex euāgeliſtis clarius patet: ſicut Luce. iiii. Cum a magnis febribus ſanaſſet ſymonis ſocrum egreſſus Iheſus ibat in deſertum: & turbe requirebant eum vt venirent vſq; ad ipſum & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Ex hac fama ſecute ſunt Iheſum turbe quinq; milia virorū exceptis paruulis & mulieribus: vt dicitur Mathei xiiii. Marci vi. Luce ix. Iohan. vi. Similiter & in ſuſcitatiōe filii vidue extra portam ciuitatis: et q̄mpluribus aliis quibus tunc mirabiliter creuit fama eius. que ſicut predictum eſt q̄nto maior fuerat tanto ignominoſior extitit mors illius in patibulo crucis.

¶ Sexta ratio ſecunde abiiſſus cauſe materialis eſt ſequele.

Sexta ratio ſequele. Non tantum diſcipuli eius ſequebantur chriſtum: verū etiam turbe multe: quidam vt doctorem deſiderātes ex eius radioſa doctrina illuminari: quidam vt paſtorem curantes illius veſtigia ymitari. quidam vt medentem optantes de ſuis infirmitatibus liberari. Alii vt viderēt miracula eius. Alii vt myſteria intelligerent: Alii vt prodigia reprehēderēt. Et ſic vndiq; variis ex cauſis multe turbe ſequebātur eum. Sed q̄nto maior fuit ei populorum ſequela tantum etiam ꝗ a ſuis diſcipulis fuit derelictus: & crucis patibulo affixus maior fuit ignominia. Dereliquerunt eum autem turbe: ymmo contra eum inſurrexerunt. quod ꝓpheta admirans in ꝑſona domini ait. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me. Multi dicūt anime mee non eſt ſalus ipſi in deo eius: quaſi in deſperationē precipitare conantes. Et alibi. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Capilli capiti adherentes diſcipuli chriſti erāt. Sed qui chriſtum oderunt gratis: ideſt ſine cauſa: fuerūt turbe qui prius ſecute fuerunt eum. Hiis quoq; capillis decaluatus eſt chriſtus in horto: & etiam in monte caluarie vbi omnes diſcipuli effugerūt ex quo deridebant etiam iudei illum: quia cernebant ab omnibus etiā a ſuis diſcipulis derelictum. In cuius miſterium ſcriptum eſt iiii. Regum: ꝗ cum aſcēderet Helyſeus in Bethleem pueri parui egreſſi de ciuitate illudebant ei dicentes. Aſcende calue aſcende calue. Helyſeus ſiquidem chriſtus eſt. Senſu vero paruuli malicia & impietate magni extiterūt iudei: qui Luce xxiii. illudentes ei dicebant. Si tu es rex iudeorū ſalua. etce. Et de diſcipulis ait ꝓpheta in ꝑſona domini. Diſperſa ſunt omnia oſſa mea: ideſt diſcipuli apoſtoli qui tanq̄m oſſa fuerunt aliis fortiores & firmiores: & tamen ruerunt. Et hoc propter ſex cauſas ſupius poſite in articulo ſeptimo ſpeculi huius

¶ Septima ratio ſecūde abiiſſus

cause materialis est glorie.

Septimo ratione glorie. quanto eni homo maiori gloria fulget & exaltatur tanto depressius ignominosa morte amplius confunditur & gloria in ignominiam vertitur. Nam post immensos honores statim prosterni ad summas ignominias molestius & confusibilibus esse solet. Cum q̄nta autem gloria christus fuerit in hierusalem in die palmarū ostendit Iohan. xii. capi. dicens. Turba autem multa que cōuenerat ad diem festum cū audissent quia Ihesus hierosolymam venit. Acceperūt ramos palmarum & processerunt obuiam ei & clamabant Osanna benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Mathei xxi. Nam ibi in quatuor eū honorauerunt. Primo in personis propriis: quia ei personaliter obuiam processerunt & in hierusalem introduxerūt. Sed multo amplius multiplicata est ignominia eius: quia idem populus in eodē loco in eisdem in rebus eum postmodum crucifixit: atq̧ de eadem ciuitate non equitando sed crucem portādo contumeliose eiecit: nec quidem suffecit vna ignominia pro vno honore sed amplius addiderunt qa eum vili precio venundantes tanq̄m latro ab eis capitur: & ei barrabas latro pessimus aufertur. Secūdo in verbis laudis laudauerunt & honorauerunt eum dicentes illum saluatorem regem deum. Saluatorem quidem cum clamabant osanna: idest obsecro salua nos. Deum quoq̧ ipsum nominantes Benedictus qui venit in nomine domini: idest tanq̄m habens rem & nomen veri dei. Regem etiam eum dicebant cum subiungebāt rex: idest qui venis rex israel. Sed multo amplius multiplicata ē eius ignominia. Nam qui dicebāt osanna: postea clamabāt crucifige. Mathei xxvii. Sanguis eius super nos & super filios nostros. qui prius dixerunt benedictus: postea clamauerūt etiam crucifige. Iohan. xix. Nō habemus regē nisi cesarem. Insuper ignominiā super gloriam addiderunt insultantibus irrisionibus improperiis in eum ruentes ac dicentes prophetisa Aue rex iudeorum. Si tu es christus descende de cruce: & multa similia. Tercio glorificauerūt ac honorauerunt eum operibus virtuosis: quia scindentes ramos palmarum & oliuarū flores & folia prosternebant in via per quā scd̄m Grego. designātur opera virtuosa. Sed vide q̄m dissimilis est ignominia subsecuta q̄m dissimiles sunt rami & crux: flores & spine: folia & claui: palme et virge. Nec hec quidem satis fuere nisi vltra gloriam multo amplius ignominiam multiplicarent: quia vltra hoc conspputus est colaphisatus atq̧ amarissimo felle potatus. quarto glorificauerunt eum vestimentis suis que sibi prosternebant in via reuerentiam exhibentes: ymmo & asello pedibus submittētes. Sed vide q̄nta est contumelia subsecuta: ymmo habundantius multiplicata. Nam cui tunc prosternebant vestimenta aliena: nunc auferebant sua & sors mittebatur sup ea: nec dimissa est illi nisi vna tunica rubea videlicet caro sua mundissima suo preciosissimo sanguine rubricata & vulneribus lacerata. Insuper & ab ista fuit anima eius sanctissima ipso cruciatu eiecta nec insuper suffecit eis christum nudare vestimentis suis: insuper & ipsum deriserūt vestibus alienis: nunc clamide coccinea: nunc purpura: nūc veste alba: nunc velant oculos eius: nunc percutiunt pugnis: nunc alapis: nunc polluunt sputis: vt sic nihil deficiat ad multiplicationem ignominosi decoris pro gloria suscepti honoris. Pro omnibus supradictis ait Esaias lii. ca. Ecce intelliget seruus meus & exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit valde sic obstupuerunt super eum multi sicut ingloriosus erat inter viros aspectus eius.

Tercius articulus secunde partis Causa formalis.

Hic est tercius articulus secunde partis secunde abiissus. Vbi per septem alias ratiōes ostenditur magnitudo obprobrii mortis christi respectu cause formalis. Tercio insup ait. Humiliatus sum nimis scilicet propter causam formalem. Ad intelligendum itaq̧ stupendam abiissum humilitatis passionis christi. Contemplemur mortis eius causam formalem & apparebit iterum abiissus humilitatis et vilitatis ex alia septemplici ratione. s. propter derisionem: flagellationem: seu afflictionem: coronationem: nudationē: crucifixiōem: blasphemationem confusionem. De quibus singillatim nūc dicemus

Prima ratio secunde abiissus cause formalis est derisio

Mors & passio christi fuerunt incōprehensibilis hūilitatis & vilitatis. Primo propter derisionē. quanto eni est p̄sona sublimior in gratiis seu dignitatibus de q̄bus supra diximus. s. in natura: forma: sapientia: gratia: fama: sequela: & gloria: tanto derisio sibi facta vituperabilior est. Sed christus sicut predictū est hec omnia habuit in summa vltra omnes creaturas alias quare derisiones eius grauiores erant q̄m possit humana lingua enarrari aut mens aliqua cogitare. Expergiscere anima deo deuota et considera que ille qui summa angelorū est propter nos factus est ludibriū impiorum: & quasi pila derisionis eorum: eo q̧ de ipso mutuo conludebant mittentes ad alterum confusione repletum: vti An

nas ad Cayphan Cayphas ad Pilatum. Pylatus ad
Herodem: & iterum Herodes ad Pylatum. Et semp
in predictis locis et eorum itinere derisionibus ple
num sicut infra patebit. Proinde Propheta in pso
na domini ait. Omnes videntes me deriserunt me.
Et hoc tripliciter. Nunc verbo. Nunc signo. Nunc
sermone yronicorum. De verbo dicit propheta. Lo
cuti sunt labiis inconsiderate. s. falsa imponendo:
& falsa promittendo. Nam Mathei xxvii. dicebāt
Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere
Ecce falsa impositio. Si rex israel est descendat nūc
de cruce & credimus ei. Ecce falsa promissio. quod
verbum exponens Ambrosius ait. O stulte & cece
grex sacerdotum. Nunquid impossibile est ei de
paruo ligni stipide descendere qui descēdit de celi
sublimitate. Nunquid tua vincula possunt illum te
nere quem celi nō possunt capere. Non venit vt se
liberaret: quia sub seruitute non erat: sed vt nos de
seruitute redimeret. Secunda derisio fuit signorū
& de hac propheta ait & subdit. Et mouerūt capi
ta sua. Vnde Mathei xxvii. Pretereūtes autem eum
blasphemabant mouentes capita sua & dicentes.
Vach qui destruis templum dei. etcetera. Tercia de
risio fuit sermonū yronicorum que fuerūt quando
bona improperantur: & de hoc subdit ꝓpheta di
cens. Sperauit. s. christus in domino. s. deo patre eri
piat eum. s. de manibus nostris saluum faciat eum:
scilicet resuscitādo illum quoniā vult eum: vt ipse
dicit. Confidit in deum liberet eum nūc si vult: di
xit eni filius dei ego sum. Velauerunt faciem eius et
colaphis ceciderūt eum dicentes. Prophetisa nobis
christe quis est qui te percussit. Primo velantur ocu
li eius contra peccatum quod in visu cōmisit Eua.
Secundo colaphis ceciderunt propter peccatum gu
le in quo Eua offendit. De his duobus propheta in
persona domini ait. Confortati sunt qui persecuti
sunt me inimici mei iniuste que non rapui tūc exol
uebam sed que Eua. Tercio in faciem eius dederūt
alapas dicentes. s. tanq̄m dominator illud prophe
tisa christe quis est qui te percussit.

Secūda ratio secūde abiissus cause formalis est flagellatio.

SEcundo propter flagellationē seu af
flictionem. quāto autem quis est sub
limior in septē gratiis ante dictis tan
to flagellatio & afflictio sibi illata
obprobriosior dictum est eni supra ꝙ illas habuit
in summo. Sed audi afflictionem omniū membro
rum corporis sui. Nam pedes eius discalciati & nu
di. Cum per totam noctis partem: & per magnam
diei partem huc & illuc furore ebrio duceretur pie
credēdum est ꝙ sepius eum in lapides impingebāt
Effundebant ꝑ viā sanguinē sacrū vitalia membrā
ac respirantia sicut cor & pectoris concauū. Crura
coxe latera atq; dorsum dire afflicta flagellatiōe fu
ere. Insuper facies carnis sue tenera & delicata cru
deliter fuit lacerata: et sanguine cruenta. Brachia vl
tra modum dire ligata & constricta hinc & inde:
ante & retro cōtumeliose retorta tam in horto q̄m
in domo Anne: cayphe: pylati: & herodis: ab om
nibus eni predictis ligatus & deductus fuit. Hume
ri eius afflicti dura ara crucis: & tūc maxime credo
collum afflictum fuisse chamo in eo posito ꝑ quā
ad maiorem contumeliam traheretur. Os eius affli
ctum fuit tam fetido osculo proditoris q̄m fellis et
aceti amaro potu. Nares etiā horribiliter fetore ab
hominabilium iudeorum sputarū: similiter & ca
dauerum mortuorum in loco caluarie vbi suspēsus
in cruce. Facies in quam angeli desiderant ꝓspice
re impiorum iudeorum sputis deturpata fuit. Gene
tumefacte sanguine & liuore cōsperse: tum ex per
cussione facie: tum etiam propter spineam coronā
qua sanguis per faciem eius defluebat Oculi eius
afflicti: confusi: & velati fletu eliquati: & in aspe
ctu terribili inimicorū suorum ignem furoris ac ira
cundie inspicientiū mirabiliter cruciati: necnon qa
videbat matrem et discipulum quem diligebat Ihe
sus flentes. Aures cruciati & repleti fuerunt obpro
briis. Vertex capitis afflictus durissimis sputis in ꝑ
cussione harundinis. Percussus in capite tanq̄m su
perbus. In facie tanq̄m ribaldus: & in collo tanq̄m
stultus. Proinde propheta in persona domini ait.
Et fui flagellatus tota die: & castigatio mea in ma
tutinis. Et Esaias. Corpus meū dedi percutientibus
& genas meas vellentibus. Vulneratus est propter
iniquitates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra
Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sa
nati sumus. Omnes q̄si oues errauimus vnusquisq;
in viam suam declinauit: & dominus posuit in eo
iniquitates omnium nostrum: idest penam satisfa
ctiuam pro omnibus peccatis nostris. Vnde Leuiti
ci xvi. Mystice signatus est per hyrcum in deserto
peccata populi deferentem. Hec omnia q̄nto facta
fuerunt in sublimiori gratiis & virtutibus: de q̄bus
supra dictum est tanto maioris obprobrii extiterūt

Tercia ratio secunde abiissus cause formalis est coronatio.

TErcio propter coronationem quasi
christus esset rex stultorum & iniquo
rum. Sicut eni scribitur Mathei xxvii
Pylatus sciens ꝙ per inuidiam tradi
dissent eum voluit eū pluries liberare
quod etiam diuersis modis temptauit. Primo alle
gatione sue innocentie dicens. Ego nullā causam
mortis inuenio in eo. Sed videns quia hec causa
iudeos magis ad iram & amplius prouocaret ac
cepit secundam liberationē materiam: scilicet fori

mutationē transmittendo eum ad herodem tanq̄m galyleū & sue dominatiōi subiectum credēs q̄ herodes non iudicaret: sed liberaret subditum suum. Cum nec sic profecisset: terciam viam compulsus est inuenire. s. saciare iudeorū impietatem cōtumeliis & suppliciis super dominū irrogatis: vt obprobriis eius saturati mortem eius amplius nō sitirent. Vnde credendum est q̄ q̄nto vilius potuit & cōtumeliosius Ihesum corā impiorū oculis presentare disposuit: videlicet nudatum propriis vestibus cruentatū liuidum flagellorū ictibus sola purpura in derisiōe amictum: spinis coronatum: vultu velatū sputis deturpatū: genis & tota facie ex ictibus alaparū tumidum: vt sic in conspectu populi appareret vilissime derisus & vituperatus. Et quia ipsi allegauerunt & dixerunt q̄ dicebat se filiū dei: ꝓducens eum sic viliter coram populo portātem spineam coronam: & purpureū vestimentū in derisionē Ihesu dixit. Ecce homo. quasi dicat. Iste nō habet diuinitatis insignia: sed ipsum esse hominē despectum & vilificatum: & doloribus plenū in oculis vestris manifestant hec ludibria. Sed non est saciatus ille dyabolicus illorum impiorū hominū furor sed magis insanientes clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Et vbi dixit Pylatus regem vestrum crucifigam. Vere prolatum est hodie hoc verbum. Nam omniū obprobriorum: omnium despectuum: & omnium abhominationū presentis vite portat coronam vt merito dici possit rex obprobriorū: vituperiorum: et abhominationū huius vite. Egredimini ergo filie syon & videte regem salomonē in dyademate quo coronauit eum mater sua: idest synagoga. Expergiscere o anima & reliqua in articulis de coronatione diligenter pertracta.

Quarta ratio secūde abiissus cause formalis est nudatio.

Quarto propter nudationem. Nam in cruce totaliter nudus pepēdit crucifixus. Vnde Ambro. Auctor humane salutis sic nudus fuit in patibulo crucis sicut nndus exiuit de vtero virginis. O quid erat videre corpus iuuenis tam preciosi in tantam deformitatem mutatam & alienatam. Vnde Esaias. Nō est species ei neq; decor. Et Hesdre. i. Stupefactus ē de aspectu tante deformitatis. Contemptibilis tu es valde dicēs. Et Amos viii. in persona dei patris ait In die illa occidet sol meridiei et tenebrescere faciet terram: idest carnem sanctissimam Ihesu cristi que de terra erat die luminis. vide ergo q̄nta ignominia fuit eum. s. filium dei dignitatibus supradictis videre in cruce ita nudatum coram omni populo ad obprobrii complementum q̄ etiam ad operiendū pudibūda vel pudenda nō haberet vt absq; aliquo velamie essent q̄ nec cuiq̄m scelerato solet denegari. Vnde Iob in ꝑsona domini ait. Nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Et iterum propheta. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserūt sortem. Et Ambrosius in quodam sermone ait. Auctor ipse pietatis in cruce pendens testamentū condidit singularis pietatis opera distribuens apostolis persecutionē: iudeis corpus: patri spiritum: virgini paranymphum latroni paradisum: peccatoribus infernum: christianis penitentibus crucem. Hec ille. Ecce propter nos se omnibus spoliat vt nos ditaret. Et reliqua supra vide in articulo nudationis.

Quinta ratio secūde abiissus cause formalis est crucifixio.

Quinto ꝓpter crucifixionem. quanto enī homo sublimior est in statu tāto ignominosa mors eius vituperabilior est. Considera ergo sublimitatem christi in predictis attributis & mortem crucis patibulum crucis tunc erat suppliciū pessimum & per cōsequens ad magis vituperiū eius hec excogitauerunt. Vnde Sapi. ii. in ꝑsona iudeici populi dictū est. Morte turpissima cōdemnemus eum. Et Iere. xi in persona domini ait. Cogitauerunt super me consilia dicētes. Venite mittamus lignum in panē eius idest crucifigamus eū. Et vt crucifixio eius sue doctrine q̄m dicit cōmisceatur ac propter hoc vtilitatem supplicii a cunctis viuentibus respuatur vt sic deleamus & perdamus eum de terra viuentium & nomen eius non memoretur amplius. Et propheta lamentabiliter dicit. Foderunt manus meas & pedes meos. s. clauorum acumine: nec inquit trāsfixerunt sed foderunt: vt denotetur fructus diffusionis gratiarum qui inde secutus videlicet gloria sempiterna. Et dinumerauerunt omnia ossa mea ꝓpter violentam corporis extensionem: vt supra articulo extensionis. Respice mens deuota oculo cōpassionis percussa ad sponsum tuum dilectum Ihesum. Vide in pugna hastile presentis vite illum sanctum nobis tricoloratum vexillum Candor enī virginee carnis & nigredo liuida flagellorum atq; rubor cruoris effusi ostendūt Ihesum nostrum tricoloratum vexillum: & vt tu anima similis formeris effigie innocentia. Candida penitētia nigra charitate ignea rubicunda ac si tota piissime Ihesu sanguine colorata desideres toto corde ꝓ eius amore sanguinem fundere vt eius morti sacratissime cōformeris. Hec mystice dicta.

Sexta ratio secunde abiissus cause formalis ē blasphematio.

Sexto propter blasphemationē. q̄nto enī qui blasphemat est in gradu sublimior: tanto eius blasphemia publice coram omni populo irrogata gra

tior est censenda. Sed considera Ihesum in predictis & blasphemias cõtra eum dictas dum moraretur in cruce. Non eni suffecit impiis tanta exercuisse ludibria cõtra eũ quibus per totam noctem vsq; ad horam crucis repleuerunt animam eius. Verũ etiam omni humanitate postposita omni pudore reiecto ipsi sceleratissimi principes sacerdotũ cũ scribis & senioribus populi exeuntes de ciuitate ad crucifixionis locum ibi mansueto agni insultaturi Vnde accedũt dicẽtes sicut ex predictis patet. Vach qui destruit templum dei.etce. Alios saluos fecit. Et alias multas blasphemias dicebant in eũ. Considera ergo mẽs deuota cum q̃nto feruore ministri talium impiorũ in oĩbus actibus passionis sue tractauerint Ihesum quando ipsi principes sacerdotũ & scribe & populi & seniores in quibus debebat apparere maturitas & grauitas in iudicando. Etiã sceleratos ex interno furore ad tantã exterius rabidam insaniam proruperũt q̄ in festiuitate sacrarũ dierũ non erubescẽtes populum cõtra eorum consuetudinem atq; mores. Egressi sunt ad locũ publici supplicii morienti iusto sic impie insultantes. Admirandam quidem verecũdiã sui status. Et in hoc demonstrauerũt q̄ ex horribili odio in dominũ Ihesum ꝓcessisse manifeste videt̃. Proinde ait ꝓpheta in persona domini. Circumdederũt me vituli multi thauri pigues obsederunt me Cogita igit̃ fidelis anima q̃m crudeliter tractauerit eum cũ de nocte libere haberent eum in manibus suis quãdo eum impudentia inaudita sic corã omni populo exeuntes robora re pugitiuas inuentiones & contumelias derisiuas alta voce clamabant cõtra hominẽ modo deficientem & morientem pendentem in ligno et toto corpore sanguinem defluẽtem. Vnde merito Ieremias xii.capi.in persona domini dixit. Facta est hereditas mea quasi leo in silua propter crudelitatẽ. Et iterum ꝓpheta inquit. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterũt. Et iterũ. Vidi vituperationẽ multorũ cõmorantiũ in circuitu.s.crucis mee. Et iterũ. Obprobria exprobrantiũ tibi o pater eterne ceciderunt super me. Ego autem tanq̃m surdus nõ audiebam: & sicut mutus nõ aperiens os suum. Et alibi ait Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta.s.ad spectaculum mortis mee. Et in me psallebant qui bibebant vinum.s.in conuiuiis & tabernis: quia dies festi erat.

Septima ratio secũde abiissus cause formalis est confusio.

Septimo propter confusionem. quanto eni quis in gloria & supradictis est sublimior: tanto eius cõfusio efficitur maior. Ex septem precedẽtibus dignitatibus clarescere potest sublimitas cristi. Sed & ex sex in precedenti capitulo dicta manifeste apparet q̃nta fuit confusio eius pendentis.s.in cruce. Cum homo tam nobilis nature tã speciose forme tante sapientie tante potentie & miraculis operandis tante fame: tante sequele: tante glorie taliter fuit derisus tã dire flagellatus atq; afflictus spinis coronatus: nudatus: & tam atrociter cruci affixus & ad omniũ spectaculum in cruce leuatus. quis posset exprimere talem cõfusionem. Merito ergo iterum Ieremias predixit.iii.capi.dicẽs saturabitur obprobriis. Et ꝑ ꝓphetam inquit. Propter te sustinui obprobrium.s.in corde meo. Nam sicut verbera affligunt corpus: ita & obprobria cor. Et addit. Confusio faciei mei cooperuit me. Tu scis improperium meum: & confusionẽ meam: & reuerẽtiam meam Confusio eni magna est homini quando vt fur fatigatur & flagellatur: ducit̃ et reducitur: ac tandem suspendit̃. Vnde sequitur. Et sustinui qui simul cõtristaretur & nõ fuit: & qui consolaretur & nõ inueni. Dederũt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Et ad confusionẽ illius augmentum & complementum crucifixerunt cum eo duo scelestes latrones medium statuẽtes Ihesum tanq̃m precellẽtiorem in sceleribus & impietatibus nequiorem. Sicut tũc predixerat Esaias liii.capi. Et cum sceleratis reputatus est.

Causa finalis.

Articulus quartus secunde partis vel abiissus de aliis septem rationibus: scilicet cause finalis per quas manifestatur magnitudo obprobrii mortis christi respectu cause finalis ꝓpter quã iam propheta ait in ꝑsona domini. Humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu meo.etce. Vnde iam vltimo si consideretur causa finalis in dominica passione et circumstantie mortis christi examinẽtur: apparebit etiam abiissus humilitatis & confusiõis ex alia septemplici ratione: scilicet: loci: situs: festi: hore: modi: cause: mortis.

Prima ratio secunde abiissus cause finalis. Locus.

Primo igitur apparet abiissus humilitatis & cõfusionis christi propter locum. Nam elegit bethleem natiuitati & hierusalem passiõi: vt maior esset mortis ignominia q̃m ante ortus sui extitisset gloria. Erat eni hierusalẽ metropolitana ciuitas et principalis sedes regie maiestatis & sacerdotii: ideo debebat ibi pati ille erat rex magister & sacerdos in cultu vnius dei et magna erat referta populo. Nam vt dicitur Actuum secundo. Erant habitãtes in hierusalẽ iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Et subdit. Parti: medi & elamite: & qui habitant mesopotamiam: iudeam: & capadociam ponthum: & asiam: frigiam & pamphiliam: egyptum: & partes libie: que est circa cirenen: & aduene romani: iudei quoq; & ꝓseliti: cretes & arabes.

Ex quo patet q mors christi propter infamie diffusionē ad oēs mundi partes maxime ignominie fuit

Secunda ratio secunde abiissus cause finalis. Situs

Secundo propter situm qui caluarie mōs locus & situs vbi impii decaluabantur & decapitabātur atq; trucidabantur ytiq; ignominosius & maxime iudeico populo diffamatus: tum propter ciuitatem in qua erat sedes diuini cultus: tum ,ppter multitudinem ciuium qui ad eā sicut predictum est quasi ex omnibus partibus mundi confluebant. Vnde de tali loco Iohānes ait xix. capi. Susceperūt autem Ihesum et adduxerunt: & baiulans sibi crucem exiuit in eū qui dicit caluarie locus hebraice golgatha vbi eum crucifixerunt. Hic quidem scdm Hieronymum. Est mons in quo Abraham iussus est ymolari filium suum Ysaac. Gene. xxii. lege hystoriā. Et misticе intelliges q Abraham significat deū patrē Ysaac christum: mons charitatē. Duo iuuenes sunt duo increduli populi. s. iudeicus et gētilis. Azinus est stulticia iudeorum: area ligna & vepres sunt ipsa sacra crux: ysaac diuinitas Ihesu christi.

Tercia ratio secunde abiissus cause finalis. Festum.

Tercio ,ppter festum azimorum quando de tota iudea populus israel in hierusalem venire debebat. Nam scdm Lucam viri ter in anno tenebātur hierosolimis interesse festo & apparere corā domino. Primo in pasca quod fiebat propter exitum de egypto & hoc fiebat feria sexta quo die crucifixus est Ihesus. Secūdo in pentecosten ad memoriam date legis in monte synai. Tercio in zenophegia quod idem est q fixio tabernaculorū in memoriam quatuor annorū quibus fuerūt filii hierusalem in tabernaculis in deserto.

Quarta & quinta ratio secunde abiissus cause finalis. Hora.

Quarto propter horam. s. meridianam in qua omnes de ciuitate & de ,ppinquis partibus facilius cōcurrere poterant ad spectaculum in christi contumelie & obprobrii augmentū. Et quinto propter modum: quia. s. in alto loco vt omnibus circūstantibus visus & delusus confusibilius morareť: sicut predixit Esaias lii. capi. dicēs. Exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit valde: sicut in fine precedentis articuli dictum est. Vnde merito Gregorius in quadam omelya ait. Tanto deus omnibus dignius honorādus est q̄nto pro omnibus indigna suscepérit. Reliqua vide superius in articulis.

Sexta ratio secunde abiissus cause finalis. Titulus vel causa.

Sexto propter causam: quia videlicet est sub titulo summe blasphemie & ignominie. s. qa dicebat se esse summum deum: sub qua causa & titulo nullum vnq̄m scelestum legimus esse passum. Vnde Iohannis xix. Dixerūt Pylato. Nos legem habemus & scdm legem debet mori quia filiū dei se fecit: yt per hoc ostendant q false & arroganter sibi vsurpauit hoc nomen dei. Innitūtur autem legi Leuiti. xxiiii. qne ait. qui blasphemauerit nomen dei morte moriatur. Blasphemia quedam in deum est eius diuinitatem ynice & coequaliter attribuere creature. Et ,p tanto dicunt christum blasphemasse dicendo se esse filiū dei deo. s. patri cōsubstātialē & coequalem. quod quidem blasphemia magna extitisset si deus talem filium gignere et habere nō posset. Aut si ex scripturis sacris et ex certissima fide ,pphetarum & patrum necessario cōuincere possent q deus nullatenus talem filiū haberet. Cuius tamē oppositū ex eorum scripturis habetur sicut diffuse & irrefragibiliter probari potest: & pleriq; doctores efficacissime probauerunt: que causa breuitatis obmitto.. Sed si deus nō extitisset verus deus p mirabilia sua ,ppria que nullus alius patrare potest yeritatis testimonium non dedisset sicut supra secūdo articulo & ratione quarta dictum est.

Septima ratio secunde abiissus cause finalis. Mors.

Septimo propter finalem mortem predicta omnia concludentem & cōfirmantem quia finis rei actu precedentia ,pbat. Proide. Iohan. xix. Scriptū est q cum dixisset dominus cōsumatum est: statim subiungitur. Et inclinato capite tradidit spiritum. Inclinauit autem caput maxime yt ostēderet nobis q̄tuor. Primo grauitatē. Secūdo pauptatē. Tercio hūilitatē. q̄rto gratitudinē. Vide supra in lxii. arti.



¶ Tercia abissus de duodecim admirandis fructibus ligni vite.

Tercia abissus dominice passionis est vt supra diximus incomprehẽsibilis vtilitatis & fructuositatis de duodecim admirandis fructibus ligni vite & stupendis mysteriis sanctissime crucis cristi. Proinde dominus ad patrem de se per prophetam subdit. Domine ante te omne desideriũ meũ: idest tu scis quia sustineo omnia propter obedientiam tuã & propter humani generis vtilitatem & fructum: & non propter meã comoditatẽ & lucrum. quod in persona humani generis propheta cognoscens ait. Bonorum meorũ nõ indiges. Nam nobiscum nec propter nos efficitur deus maior. Ex quo patet: ꝙ amor qui tanta pro nobis fecit dominũ pati fuit gratuitus. Vt ergo clarescere possint admirãdi fructus desiderii christi morientis ꝓ nobis: & q̃m magna sint mysteria crucis eius: assummã mysticã crucis figuram. De qua scriptum est Danie. iiii. Videbam: & ecce arbor in medio terre: & altitudo eius nimia & magna: & arbor fortis: et proceritas eius attingens celum. Aspectus illius erat vsqꝫ ad terminos vniuerse terre: folia eius pulcerrima: & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea: subter quã habitabant animalia et bestie. Et in ramis eius conuersabantur volucres celi: & ex ea vescebatur omnis caro. Ex quibus verbis duodecim fructus ligni vite sanctissime crucis mystice demonstrantur. scilicet Aptitudo. Altitudo. Magnitudo. Fortitudo. Rectitudo. Latitudo. Pulcritudo. Multitudo. Dulcedo. Sanctitudo. Promptitudo. Plenitudo. De hoc ligno vite ait dominus Appoc. xx. Vincenti dabo edere de ligno vite. In quibus verbis ostenditur affectuosa saporositas huius ligni & fructuũ eius. Et maxĩe quo ad tria. Primo quo ad subiectũ conuenientissimum: ibi. Vincenti. Secũdo quo ad actum dulcissimum: ibi. Dabo edere. Tercio quo ad obiectum amorosissimum: ibi. De ligno vite. Sed quomodo huius fructus sentiatur dulcedo docetur Canti. ii. vbi dicit fidelis anima. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Vmbra christi proprie est eorũ que fecit in passione quãdo scapulis suis cruci affixis obumbrauit ecclesie vt feruorem paterne iracundie eidem temperaret. In hac vmbra vita ẽ anime. Extra hanc vmbram sola mors. Trennorũ in fine dicitur christo. In vmbra tua viuemus in gẽtibus. Et bene dicit vmbra que respectu corpis sola quedam apparentia est. Similiter quicquid boni posset facere optimus homo pro deo respectu eorũ que deus fecit ꝓ homĩe nihil est nisi vmbra quedam pertenuissima q̃ntum eni distat res ab vmbra tãtum a passiõibus nostris quas pro deo sustinemus distat passio cristi si eius circumstantie diligenter notentur. Bene autẽ passio domini fecit vmbram in qua concurrerunt obscuritas pene: & claritas pietatis. Sedere aũt sub hac vmbra est requies in ymitatione dominice passionis. Vbi tria inueniũtur. Odor. Protectio. & refrigerium. Odor letabundum. Protectio securum. et Refrigerium facit quietum De odore dicit sponse Canti. iiii. Odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata. De protectione Psal. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Ale brachia in cruce Malach. iii. Sanitas in pennis eius. De refrigerio Ieremie vi. Interrogate de semitis antiqs que sit via bona et inuenietis requiem animabus vestris. Hec via christus dominus. Reliqua de dulcedine huius fructus habentur infra nono fructu crucis.

¶ Primus fructus crucis dicitur aptitudo.

Primus itaqꝫ fructus ligni vite sanctissime crucis dicitur aptitudo continẽs in se q̃tuor rationes quare. s. deus crucem & mortẽ christi statuit in medio terre. Prima ratio est. s. vt esset tanq̃m cõmune & triumphale vexillum omnium saluãdorum & glorificandorum. Secundo vt esset cõmune meritum illorum. Tercio cõmune gaudium. Et quarto cõmune exemplum. De quibus singillatim dicemus Et primo de vexillo triumphali & communi sacratissime crucis.

¶ Crux dicitur vexillum triumphale omnium saluandorum

Primo statuit deus crucem tanq̃m cõmune vexillum. s. omniũ saluandorum & glorificãdorum: ꝙ intelligimus q̃m de angelis q̃m de hoibus. Primum eni fuit vexillum: cuius virtute angeli sancti in celo sathanam et alios malignos spiritus prosternauerunt: & ad inferos proiecerunt. Nam cum deus creasset angelos in libertatem nature reuelauit eis incarnatiõem filii sui quem proponebat dominatorem vniuersorum vt per hoc qui vellent per cristi meritum & gratiam ascenderent a natura ad gloriam: & qui nollent ruerẽt a natura in eternam penam. Huic quidam incarnationi angelorũ quidam fauebant qui. s. in fide christi merito dilectionis eius ad eternam beatitudinem intrauerũt. Ceteri vero superbientes angeli circumuctione luciferi attracti condempnabant inferiori nature subiici: & ob hoc inuidebãt incarnatiõi christi: vnde multitudo eorum cecidit in eternam dampnationem. Precessit autem prelium siue bellum. Vnde sequitur in Iohanne. Et factum est prelium magnũ in celo: quod quidem tripliciter digestum est iuxta tria que in spirituali natura reperiuntur: que sunt: potentia: facultas: & voluntas. Electi nempe angeli sublimiter sentiebãt de deo: & ad eius gloriam afficiebantur. Et pro facultate sibi tradita nitebantur. Angeli vero superbientes sublimiter sentiebant de bonitate sue nature. Et propter hoc ad propriam gloriam afficiebantur. Primo inq̃ntum ad cõtrarios conatus hic angelorum conflictus prelium nominatur. Prelium a premendo hostem dictum est. Secũdo q̃ntum ad affectionem contrariantem hoc prelium

dicitur magnũ. Magis eni affectionibus incontraria ferebantur angeli reprobi & electi. Tercio vero q̄ntum ad contrarietatem sensuũ hoc prelium in celo digestum est. Celum eni spiritualem naturam sicut terra corporalem denotat. Vnde Genesis. x. In principio creauit deus celum & terrã: idest spiritualem & corporalem naturam. ꝙ igitur in spirituali natura de spiritualibus contraria sentiebant in celo profecto sibinuicem repugnabant. Itaq; specialius de ipso prelio subdens Iohãnes ait. Michael & angeli eius pugnabant cum dracone. Michael vt deus interpretatur: per quod verbum signatur in eo admiratiua contemplatio sapientie dei In qua ceteris angelis clarior prefulgebat. Et draco pugnabat & angeli eius. s. sensu iudicantes naturã gratie preferendam affectu quo afficiebant ad propriam gloriam: & conatu quo nitebãtur electorũ angelorum subuertere obedientiam. Nesciebant siquidem donec experimento didicerũt: ꝙ in omnibus gratia sublimior & validior esset q̄m natura. Nam per naturam datur esse creature quod est in se Per gratiam autem datur creature esse quod habet in deo. Propterea subditur. Et nõ valuerũt. s. resistere gratie per naturam. Neq; locus eorũ inuentus amplius est in celo. Et ideo tercio infertur seu subditur Et ꝓiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur dyabolus. Et sathanas in terram. Et angeli eius cũ ipso missi sunt. Cum itaq; ante casum essent in angelice nature puritate erant tunc mente perspicaces virtuosi: voluntate & facultate etiã efficaces. Cum vero in terram proiecti sunt spiritualis natura passionibus animalibus est subiecta. Perspicatia eni eorum ad deceptiones: deuiatiões: & cauterisationes idest indurationes detrusa est: voluntas in maliciam cõmutata. Et efficacia temptatiõibus & negotiis perniciosis perditionibus humane applicata est. Sicut per totam sacram scripturam patet Et subditur. Et ipsi vicerunt eũ propter sanguinem agni. Et hoc dicit q̄ntũ ad meritum passionis cristi: quod etiam ad angelos pertinebat: vt sic preseruati de cetero non peccarent. Vnde hoc modo egebant angeli eius reconciliatore seu mediatore q eis a deo gratiam meretur. Perfectissimũ autem meritum requirit difficilima opari atq; pati amore illius apud quem desiderat promereri. Et ob hoc oportuit christum mori ad complementũ charitatis sue ad patrẽ atq; ad fines suos eidẽ. s. glorie participes & sequaces. Non igitur dicit Iohannes ꝙ angeli redempti sunt in sanguine agni: quia hoc speciale est hominibus: sed ait: quia vicerunt eũ. s. dyabolum in sanguine agni: quia hoc cõmune ẽ tote ecclesie saluandorum: vt non ꝓpriis meritis suis vincere possunt dyabolum: sed merito Ihesu cristi: quod cõpletum est in passione & cruce eius. Ex his ergo patet ꝙ beati angeli atq; omnes electi pro cõmuni vexillo habent crucem christi.

Crux dicitur cõmune meritũ & cõis thesaurus oĩm sanctorũ

Secundo crux christi est tanq̄m cõmune meritum: & communis thesaurus scilicet tam angelis gloriosis q̄m hominibus glorificandis. Nam omnes thesauros diuine sapientie meritorũ: & gratiarum angelice & humane cõmunicando nature amorosus Ihesus collocauit in cruce que dominat̃ in sanguine agni. De quo scriptum est Appoca. iii. capi. ꝙ agnus occisus est ab origine mundi: quod quidẽ ideo dictum est. Primo quia passio christi & mors ĩ desiderio sicut ex precedẽtibus patet valuit ad meritum & gloriam angelorũ. Secundo ab initio mũdi post lapsum primi hominis pro nobis redimendis preordinatus est mori. Tercio quia ab origine mundi per sanctos eius mors cepit figuris et mysteriis pronunciari: vt quasi in talibus figuris occisus sit. Insuper quia ab inicio cepit in suis membris occidi. Sicut patet in Abel a Caym fratris sui occiso. Proinde Mathei xiii. mystice scriptum est. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit abscõdit & pre gaudio vadit & vendit vniuersa que habet: & emit agrum illum. Hoc siquidem regnum celorum est meritũ sanctissime crucis quod omnes tam angelos q̄m homines in celis regnare facit. que propterea thesauro cõparatur: quia omnibus glorificandis habundãtior est hunc thesaurũ quem reperit. s. laborãdo in agro virtuose atq; moralis vite: aut penitentie: abscondit. s. in corde suo tanq̄m fasciculum myrrhe: & pre gaudio illius vadit & vendit. s. si sapit postponit vniuersa que temporaliter habet & emit agrum illum vt possidere valeat meritum: idest thesaurum crucis Vnde Iohan. v. De plenitudine eius accepimus omnes. s. tam angeli iam beati: q̄m homines beatificãdi. Ecce thesaurum cõmunem crucis.

Crux est cõmune gaudiũ angelorum. s. & hominum.

Tercio quidem crux est cõmune gaudium. s. angelorum & hominũ. Et de hoc subdit Iohannes cum dicit. Et audiui vocem magnã de celo dicentem Nunc facta est salus & virtus & regni dei potestas christi eius. Hec angelorum vox clamor est spiritualis congratulationis & exultatiõis exterioris qua beati angeli congaudebant glorie dei: et christi sui pati & humane salutationi vt nõ solum de ꝓprio dono que tunc consecuti sunt gaudebant: & gratias agebant: verum etiam de humana salute: sanguinis christi merito: & suo mysterio obtinenda. Propterea dicunt. Nunc facta est salus. s. ad declinãdũ a malo: & virtus q̄ntum ad operationem boni. Et regnum q̄ntum ad spiritus libertatem: qualiter & absq; vlla contraditione obediat summo deo. Hec ille superbiens angelus ex natura volebat habere: et gratiam per quam deus ratiõali nature obtulit gloriam contempnabat: & q̄ntũ valuit illam electam multitudinem angelorum qui se oblate gratie gratos reddebant conatus est impedire: sicut in prelio

precedēti dictum est. Nō eni verisimile est electos angelos absq; probatione tantum suscepisse premium: cum nec homines que inferiores sunt sine probatione possunt glorificari. Huius autem salutis deus auctor est. Agnus dei cristus est mediator propterea subdit. Et potestas christi eius. Sicut eni christus scd̄m diuinitatē habet dominiū & potestatem vniuersalis meriti: cū nec angelica nec humana merita aliquod pondus equalitatis iusticie habere possunt ad illud premiū infinitum quod est deus: vbi fulsciantur merito Ihesu christi. Sic quilibet rationem meriti habet ratione assumpte humanitatis & crucis: sic ratione habet coniuncte diuinitatis ac per hoc scd̄m iusticie eq̄litatem infinito premio respōdet infinitū meritum. Et infinito merito soluit infinitum premium. Huius igitur meriti crucis christi potestate premiū est inter angelos sicut predictū est reuelati electi angeli intrauerūt ad gloriā diuine fruitiōis. Et inuidentes angeli ꝓiecti sunt in chaos eterne dampnatiōis. Atq; ex tūc preualere cepit meritum crucis christi p fidem qa in ipsum erat cui humiliter subiecerūt se electi angeli scd̄m formam voluntatis dei. Et hoc quidē ex dictamine sapiētie dei ꝓcessit. Sicut inferiores creaturas p supiores ad suā participationē deus exaltat. Sic supiores creaturas per inferiores ad suimet iam recognitiōem humiliat. Nam deus humiliat sic humanā creaturā vt se inanimatis creaturis subiiciat ad salutem in perceptione sacramentorū: & in ceteris aliis necessitatibus suis: non solū in spiritualibus: sed etiā in corporalibus Vnde ad Roma. viii. aplus ait. Vanitati creatura subiecta est: nō volens. s. ꝓpria volūtate: sed propter eū. s. deū qui subiecit eam in spe. Oportuit ergo etiā sublimiores angelos p inferiorē creaturam que humanitas est erudiri ad humiliandū se sub potenti manu dei. Ex quo patet q benedicta crux: & meritū eius est firmissimū & indissolubile glutinū quo glutinatur rationalis natura. s. angelica & humana vt ex vtrisq; ciuitas illa compleatur cuius est participatio in idipsum.

Crux est cōmune exemplum seu speculum omnium.

Quarto crux est tanq̄m cōmune exemplum & speculum. s. hominibus & angelis sanctis. Nam ipsa est via per quā christus ꝑuenit ad summū celorū Et hoc exēplum omnibus desiderātibus celū ascendere dereliquit. Vnde ait apostolus. Si cum christo mortui sumus: & conuiuemus. Christus eni ꝓ nobis passus est nobis relinquens exemplum vt sequamur vestigia eius. Nec quoq; sancti angeli hoc cristi exēplū sequi dedignati sunt. Nam licet immortales a deo creati essent adimpleuit tamen in eis vis dilectionis in mentibus eorum: vt pro gloria eius mori libentissime voluissent si eis possibile extitisset. Dilectio igit̄ que in hominibus de necessitate facit virtutem fecit in angelis de virtute quandam necessitatem: q bene Iohānes in Apoca. xii. notat cum de angelis ait. Non dilexerunt anias suas vsq; ad mortem: idest sic deū cordialiter dilexerūt vt necessariū sibi estimaret proprie vite nō parcere ꝓ diuine dilectiōis fauore si diuine volūtatis placitum extitisset: q quidē deus acceptauit ab eis tanq̄m in suo opere compleuissent. Ex hoc patet q creature rationali exemplum relinquitur vt sicut immortalis deus dei. s. filius pro recōciliatiōe creature rationalis mortalis fieri & mori dignatus est. Sic ratiōalis creatura si reconciliatori suo grata desiderat esse pata aio esse debet ꝓ ipso mori si esset volūtas eius

Secundus fructus crucis dicitur altitudo.

Secūdus fructus sancte crucis ligni vite dicit̄ altitudo: de q̄ subdit ꝓpheta Daniel. Et altitudo eius nimia. Et merito quidē qa altitudo diuinitatis seu deitatis: idest altissimus altissimi filius dei & gloriosus virginalis vteri fructus dominus Ihesus cristus in ea pepēdit. Et ꝓ nostra redēptiōe in illa mori dignatus est. Voluit aūt dominus Ihesus cristus crucē suā esse altā. Prio vt ab hoibus melius videret̄: atq; per hoc nemo ex ignorātia excusaret̄: quod intelligens ecclesia ponit in ecclesiis crucifixū in sublimi. Proinde ait dominus Mat. v. Neq; ꝓ nō: idest nemo accendit lucernā & ponit eā sub modio: sed sup candelabrū vt luceat oibus qui in domo sunt. Lucerna quidem ardens p charitatem est dominus Ihesus cristus Nam sicut lucerna habet testam bombacē & oleū ex quibus lumen ardens refulget. Sic ex christi corpe aia et diuinitate christus in vita sua ad mūdum illuminādum & inflāmandū fulgebat Vnde ait Iohan. viii. Ego sum lux mūdi: & presentis seculi. s. inq̄ntū sum homo: vel inq̄ntū deus ē homo: sum lux mūdi: idest hoim q solus possum tenebras aie effugare. Et subdit dicēs. qui seq̄t me in cruce p fidē non ambulat in tenebris. s. ignorātie: atq; culpe. Et p cōsequēs nō veniet ad tenebras gehēne. Per crucē eni per te facta est ardēs veritas cōtra tenebras igno rātie. Exq̄sita est gratia cōtra tenebras gehenne. Vnde ꝓpheta ad crucē. Aput te ē fons vite: idest dominus Ihesus cristus: & in lu. tuo vide. lu. Scd̄o vt affectuosius ingrat̄ & diligat̄. Suauius gustat̄ bonū q̄d labore acq̄situ ē. Et sic ecōtra vertit in fastidiū q̄d facile inuenit̄. Sicut eni in reflectiōe solis speculo cōcauo facilius in panno accēdit̄ ignis Sic ex reflectiōe hūane intelligētie i speculū crucis desiderādū q̄ntū dilexit nos deus accendit̄ ignis in eius affectiōe. Vnde hortat̄ nos aplus cū ait. Cōmēdat aūt suā caritatē in vobis. etcē. Tercio vt ab hoibus timeat̄: altus: scilicet q in cruce pendere voluit cristus tāq̄m excelsus dominus i throno iudiciario sedēs et timore iudicās rōabili creature. Vnde Psal. quis sicut. do. de. no. q in al. ha. Et Apo. xv. Stupētes angeli de mysterio crucis aiūt. Magna & mirabilia sunt opa tua do. de. etce. quarto in alto posuit crucē vt indignis occultet̄ Impossibile est eni ad acq̄sitionē cuiuscūq; lumis seu virtutis cuiuscūq;: aut diuini gustus vel sensus: aut gratie singularis: ad eius q̄lecunq; initiū peruenire nisi precedat magna & fidelis estimatio admiratio altitudinis eius.

Res eni paruipensa non multum curatur haberi: nec vnq̄m contemptoribus largitur deus dona spi ritualia: et altiora: atq; nobiliora. Contempnēs eni summe abiicit ea atq; se elongat ab eis. Et econtra habere reuerentem admirationem & estimatiōem diuinalium & mysteriorum atq; sacramentorū dei maximum prestant aditum: & ad intelligentiā co gnitionem atq; consensus earum. Inter autem ma ximum est mysterium crucis: contēptoribus & ela tis infidelibus: & indignis iusto dei iudicio occul tatum. Deinde aposto. i. ad Corin. ait. Verbum au tem pereūtibus quidem stulticia est: hiis autem qui salui fiūt: idest nobis dei virtus est. Vnde dominus ait. In hunc mundum veni: vt qui non vident vide ant: & qui vident ceci fiant.

Tercius fructus crucis dici/tur magnitudo.

Tercius fructus ligni vite sanctissime crucis est magnitudo eius. Vnde sub dit propheta. Et magna arbor: et hoc propter quatuor. Primo dico ꝑpter magnitudinem obprobrii quo nullum vilius et ig nominabilius fuit. Sicut dicit Augusti. Nihil erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius et formidabilius patibulo crucis. Proinde Sapi. ii. Ex animo dixerunt impii contra christū. Morte tur pissima condempnemus eum. Merito ergo Hiero. in quadam epistola ait Dei filius sustinuit ignomi niam crucis & tu beatos putas qui felicitate huius seculi & deliciis perfruuntur. Non tamen confun debatur christus in corde suo propter tale obprobri um & confusionem. Vnde in persona domini ad patrem loquitur propheta dicens. Obumbrasti su per caput meum in die belli: quod exponens Cassi odorus. Christus in die crucifixionis sic obumbra tus est atq; defensus: vt nec animus eius confusionē aliquam pateretur: nec caro ipsius corruptiōis iniu riam sustineret: vnde diffinita est passio domini di es belli quando. s. dyabolo victo infernorum clau stris disruptis captiui liberati sunt. Secundo prop ter magnitudinem oppositi qua nihil gloriosius. Sicut eni crux cristi ante passionem eius obprobri osa: post facta est fidelibus gl'iosa: sicut ait Augu. quod ē grande ludibrium impiis: grande est myste rium piis. Vbi mūdi Philosophus erubuit ibi apo stolus thesaurum reperit: quod illi visum ē stulticia a populo factum est sapientia & gratia. Proinde ait. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu christi in qua est salus vita & resurrectio no stra: per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Tercio propter magnitudinem mysterii quo nullum profundius. Nam vt ipsa figura cru cis que sola inter figuras rectis lineis potest inter se totam circuli superficiem claudere: aperte monstra tur: q admirandum mysterium in se claudit & to tum concludit ambitum gratie: & totū orbem glo rificatricis nature. Hinc Luce xviii. scriptum est: q assumpsit Ihesus duodecim discipulos suos & ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam & consuma buntur omnia que scripta sunt per prophetas de fi lio hominis. Tradetur gentibus et illudetur: flagel labitur: & conspuetur & tandem occidunt eum. In hiis verbis patet magnitudo mysterii passionis & crucis christi: quia ipsa cōsumatione totius reue lationis ꝑphetice. Omnes eni prophete principalē respectum habuerunt ad presentiam christi: scđm eius triplicem dignitatem. s. regni: magisterii: et sa cerdotii. Et scđm triplicem perfectionem: virtutis: veritatis: et bonitatis: scđm q Esaie xxxiii. scriptū est. Dominus iudex noster: dominus legifer noster dominus rex noster: ipse veniet & saluabit nos. quarto propter magnitudinem signi quo nullum pulcrius. Hoc siquidem signo sanctissime crucis: si gnantur in fronte in terris electi: & in celis glorifi candi inter misterium in baptismate a sacerdote di spensante meritum cristi passi: & sanguine eius in fronte crucis signaculo cōsignamur: nec tale signa culum ab anima amouet nisi per mortalem culpā. Sed per veram penitētiam restaurat. Proinde Apo ca. ii. ca. Vidi alterum angelum ascendentem ab or tu solis habētem signum dei viui: & clamabat qua tuor angelis quibus datum est nocere terre: mari: & arboribus: nolite nocere quousq; signemus seruos dei in frōtibus eorum. Vt igitur intelligamus ma gnitudinem huius signi considera hec tria a Iohan ne mystice demonstrata. s. Signantem: signū: & si gnatos. Signās christus quia dei patris nuncius in hunc mundum ad salutem hominū missus. Iohan. viii. Ego a deo processi. etce. Signū dei viui: crux christi salutifera: per quā apud deū patrem ꝑ nobis mereri dignatus est. Signatos seu signandos. s. ser uos dei. s. cōmunicando eis meritum crucis christi Ihesu. De illo signo ait apostolus ad Corin. i. Si gnauit nos deus: & dedit pignus spiritus in cordi bus nostris: quod est conscientia bona. Vnde Pro pheta. Signatū est sup nos lumen vultus tui domie

Quartus fructus crucis dici/tur fortitudo.

Quartus fructus crucis dicit̄ fortitudo: de quo Daniel subdit. Et fortis erat arbor. In cruce eni affixus Ihesus for titudinē nō manifeste ostēdit: sed sa pientissime occultauit. Vnde dicit̄ in canticis Aba cuc. Ibi abscōdita est fortitudo eius: nō perdita: sed in cruce mystice demonstrata. Proinde propheta in quit. Ibi. s. in cruce vbi abscōdita videbatur fortitu do eius. Confregit potētias arcū: scutum: gladium & bellum. In quibus mirādis verbis ꝑpheta osten dit q christus cū quatuor virtutibus in cruce de qua tuor cōtrariis triumphauit. Vnde Bernhar. Cristus in passione Potentiā exhibet. Humilitatem cōmen dat. Obedientiā implet. Charitatem perficit. His quatuor virtutū gēmis q̄tuor cornua crucis ornant̄. Et supeminens charitas: a dextris obedientia: a sini stris patiētia. Et i ꝑfūdo hūilitas. His q̄tuor virtuti bus cōfregit Iesus et vicit q̄tuor potētias que nobis aduersabāt̄. s. dyabolū: peccatū: ꝑadisū et infernū.

Primo eni cũ dextro cornu crucis per obedientiam confregit dyabolum. Secundo cum ſiniſtro cornu crucis per pacientiam confregit peccatum. Tercio cum ſublimiori cornu crucis per charitatem deuicit & aperuit nobis paradiſum. quarto cũ infimo crucis per humilitatem deuicit & confregit infernum Et ſic quatuor victorias in cruce & cum cruce adeptus eſt chriſtus per quatuor ſuas virtutes: vt ſequitur in proceſſu.

¶ De quatuor victoriis in cruce.

PRima victoria. Per obedientiam vicit dyabolũ. Primo eni cum dextro cornu crucis per obedientiam confregit potentiam dyaboli: que in cornu a Pſal'. ſignificatur cum ait. Confregit potentias arcum. Arcus eni crux chriſti eſt ad mortem chriſti a dyabolo multipliciter tenſus: cuius ſagitte fuerunt omnes chriſto conflicte cõtumelie deriſiones: blaſphemie: flagelle: illuſiones & pene: que omnia chriſtus fregit quando pro patris obedientia pacienter omnia tollerauit. Vnde propheta ait. Arcus ipſorũ confringatur. Vnde Prouer. in fine. Vir obediẽs loquitur victorias. Chriſtus humiliauit ſemetipſum factus obediẽs. etce. Vt quẽadmodum homo a dyabulo per inobediẽtiam deceptus atq; victus eſt: ita quoq; homo. ſ. chriſtus per obediẽtiam dyabolum ſuperauit. Et ſicut homo Adam peccando meruit mortẽ. Ita homo chriſtus moriendo deſtrueret mortem. Dicamus ergo cum apoſtolo. Deo gratias qui nos vincere fecit per dominũ noſtrum Iheſum chriſtum qui pro nobis mortuus eſt. Inſuper peccatorũ noſtrorũ cyrographum quo ſathanas gloriebatur nos iuridice poſſidere fuit in criſti ſacratiſſima carne totali laceratione cõuulſum dolens eni q; aduerſus nos erat cyrographum decreti quod erat contrarium nobis ipſum tulit de medio affligens illũ cruci expolians principatus & poteſtates: tranſduxit confidenter per aulam triumphans illos in ſemetipſo. Decretum ſcd'm gloſam dicitur diuinum preceptum quod datum fuit Ade de ligno ſcientie boni & mali: ne comedas. Hoc precepti violati cyrographum: ideſt memoriam & inſcriptionem deleuit: vt quia innocẽti carne clauis duriſſimis voluit ſatellites impios ſcribere penã mortis ipſo diuinitatis aculeo ſub carne latente & ipſe confitetur hoſtis vt extraheret de impiiſſimis manibus eius quelibet anima fidelis ab illis expugnantibus reatu.

¶ Secũda victoria crucis.

SEcũdo cum ſiniſtro cornu crucis per pacientiam cõfregit peccatum. Illud pro nobis in cruce affligẽs: factus ꝓ nobis ille magnus peccator: de quo ſcriptum eſt Luce xv. Gaudium eſt angelis dei ſup vno peccatore penitẽtiam agente. etce. In huius victorie ſignum ſugerente illa impia natione illũ de cruce deſcendere: ac dicente Mathei xxvii. Si filius dei es deſcende de cruce. Noluit: ſed perſeuerans de peccato moriens triumphauit. Si eni deſcendiſſet de cruce: a peccato videretur deuictus in pacientia. Et tunc quidem cõfregit ſcutũ: per quod peccatum ſignificatur. Omnis eni mortalis culpa quoddam ſcutum eſt dyaboli: ne de mẽtibus expellatur hominum. Ex hiis ſcutis protegatur dyabolus ante criſti aduentum ne de mũdo per ſanctos prophetas eiceretur. Vnde Iob xiii. de dyaboli thoraza ſeu thorace ſcriptum eſt. Corpus eni: ideſt omnis multitudo reproborum quaſi ſcuta fuſilia compacta ſquamis ſeſe prementibus vna alteri iungitur vt ne ſpiraculum per ea incedere poſſit: vna alteri adherebit et tenentes ſe nequaq̃m ſeperabuntur. In quibus verbis myſtice demõſtratur robur & fortitudo ſeptemplicium vnionum peccati: vnde dyabolus antiquitus regnabat in mũdo: quas cauſa breuitatis diſtinguere omitto. Hoc ſiquidem ſcutum chriſtus in cruce confregit per paſſionem & mortem. Vnde alibi ꝓpheta ait. Arcum conteret & confringet arma: & ſcuta: ideſt peccata cõburet igne: pro igne more grecorum: hoc eſt cum ſua ſanctiſſima paſſione feruida & ignita charitate. Proinde dicere poſſumus q; ſeptem ſcuta: ideſt mortalia peccata hoc igne combuſſit. Primo ſuperbiam capitis inclinatione per quam videbaẽ tytulum crucis fugere in quo ſcriptũ erat rex iudeorum. Secundo inuidiam brachiorũ extenſione quaſi ad amandum & amplexãdum. Tercio auariciam multorũ erogatiõe que in paſſione largitus eſt. Vnde Bernhar. Diſce chriſtiane q̃ntum debeas chriſtum diligere qui ſe dedit ꝓ nobis. Carnem ſuam in cibum: ſanguinem ſuum in potũ animam in precium: aquam lateris in lauacrum: veſtem crucifixoribus: corpus diſcipulis: & matrem Iohanni. quarto accidiam ad paſſionem feſtinatione. quinto iram molli reſponſione. Sexto gulam aceti & fellis potatione. Septimo luxuriã lateris vulneratione.

¶ Tercia victoria crucis.

TErcio cum ſublimiori cornu crucis ꝑ charitatem deuicit: & aperuit paradiſum: per gladium myſtice deputatũ. Pro quo ſciendũ q; ſicut patet Geneſis iii. Iubente domino paradiſi aditus obſeruatus eſt per tria. Primo ꝑ cherubin quem ſtatuit dominus ad ianuam paradiſi. Secundo per flammeum gladium. Tercio per gladium verſatilem. quid eni per terreſtrem ollam paradiſum niſi empyreũ celum ſignificaẽ: quod quidam ne quiſq̃m homo ingrederetur obſtabant tria. Primum ex parte ſcientie. Secundum ex parte voluntatis. Tercium ex parte facultatis: quia ad ingrediendum illud non ſufficiebat humana ſcientia: neq; voluntas: neq; facultas. Primum ex parte intelligẽtie vel ſcientie quia ante domini paſſiõem neſciebat homo aditum paradiſi: propterea cherubin qui plenitudo ſciẽtie interpretatur aditum paradiſi perpẽdebat. ſ. diuidendo intellectum ab intelligentia. Secũdum ex parte voluntatis quia ſufficiẽter in charitate anima nõ

ardebat. Hic autem est gladius flammeus: gladius diuidens voluntatem a charitate. Tercio ex parte facultatis: que. s. ad celum efficaciter ascendere non valebat. Et hic est gladius versatilis diuidens efficaciam a facultate. Christus igitur p crucis tropheum gladium amouit & paradisi aditum reserauit: atq; terra hereditatis nostre deperdita per peccatum tam actuale q̄m originale iure belli atq; triūphalis amoris crucis nobis captiuis reddita est. In harum vtiq; signum atq; mysteriū ad paradisum terrestrem sanctos dei de inferno eductos tā diuia visiōe beatos in resurrectionis die cristus credit adduxisse. Proin de Appoca. iiii. ait. Ecce ostium apertum in celo. Hiis autem concordat Allexander de hales. Et apostolus ad Hebre. ix. Christus existens pontifex futurorum bonorū. etce. Sequitur per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Et hoc Numeri xxv. designatur vbi dicit̄ q; homicida manebat ibi. s. in ciuitate refugii donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus ē moriatur: quo mortuo potuit in domū suam redire: vt per hoc mystice innuatur q; passio cristi illuminat intellectum: vt p fidem noscat: inflammet affectū: vt feruide velit: & roborat facultatem vt efficaciter possit violenter rapere celum. Proinde Mathei. xi. dominus ait. A diebus Iohanuis baptiste in quo tēpore regnare cepit passio christi. Regnum dei vim patitur: & violenti rapiunt illud.

Quarta victoria crucis.

Quarta victoria christi: cum profundo crucis cornu per humilitatem confregit potētiam inferni: hoc est mortem eternalem: que a Psal. bellum significatur: quia quasi humanū genus pugnat. De quo bello Luce xi. dominus ait. Cū fortis armatus: idest sathanas custodit atrium suum: idest infernū in pace sunt omnia que possidet idest inferni spolia que ante passionem christi adeptus fuit. Cum autē fortior illo. s. christus superueniens vicerit. s. per crucem suam vniuersa: arma: aufert idest reatum originalis culpe: idest clausiōem celestis patrie in quibus dyabolus confidebat. s. detinendo illos ne viderēt gloriam summi dei. Et spolia eius distribuit: quia sanctos variis iam meritis premiauit et glorificauit. In christo eni super aduentu seu ascensu ad tartara regna statim admirando iubilo contra demones insultantes dixit eis. Attollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales & introibit rex glorie. quibus timore cōfractus lucifer potuit respondere. quis est iste rex glorie. Responderūt. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Et tunc rex glorie christus per crucis vexillum portātis ingressu de inferno triumphans contriuit portas ereas & vectes ferreos cōfregit. Per quod verificatū est quod dicit̄ Osee xiii. O mors ero mors tua. s. per crucem & mortē meam morsus tuus ero inferne. Fecit eni cristus sicut mordens partim putridum: & partim sanū qui mordet illum insaniori loco Iuxta apostolū. Et per crucem interfecit inseipso inimicitiam. q; si querat̄ quo modo destruxit mortē ligno: temporalem vel eternam. Non temporalem quia moriuntur sicut prius Nec eternam: quia prefciti ad mortem ita damnantur sicut & antea factum est. Dicendum sc̄dm Alexandrum de hales: q; christus destruxit mortem per causam. Mors eni eius est causa meritoria destructionis future mortis in gloriosa resurrectiōe. Et mortem eternam destruxit in suis: quia fecit vt eam non incurrēt. Sed & dominiū temporalis mortis destruxit in pluribus. Ita eni dominabatur mors prius q; mortis timore multi ebibant: sed post factum vt nō timerent: sed gratanter currerent ad mortem: quod in martyribus factum claret.

Quintus fructus crucis dicitur rectitudo.

Quintus fructus dicitur rectitudo ad celum videlicet perducētis. Crux enim christi scala vtiq; est exaltans humiles in sublimi regno celorum. Propterea Daniel ait. Proceritas eius cōtingens celum. Vnde merito per scalam Iacob Gene. xviii. significatur Vbi scriptū est. Vidit Iacob in sompnis scalam sup terrā: & acumen eius tangēs celum: angelos quoq; dei ascendentes per eam. Et dominū innixum scale. quid per scalam: cuius multi gradus sunt nisi mysterium crucis multis diuine sapientie gradibus distinctum. Per hāc siquidem scalam quatuor beneficia adepti sumus.

Quatuor beneficia crucis.

Primum beneficium crucis est ꝓprii meriti acquisitio. Secūdum gratie infusio. Tercium nostri meriti presentatio. quartum in celum introductio Primum dico. s. christi meriti acquisitio. Propterea dicitur q; deus erat innixus scale: eo q; nō solū christus in ea moriendo pependit. Verum etiam q; deus ab eterno per meritum crucis eius mundum sibi recōcilians disponit. Vnde Prouer. viii. Salomon in crucis persona ait. Dominus possedit me in initio viarum suarum anteq̄m quicq̄m faceret a pricipio: & ab eterno ordinata sum: & ex antiquis anteq̄m terra fieret. Proinde bene in quodam sermone ait Bernhar. quid tibi & meriti: nos debuimus & tu soluis: nos peccauimus & tu luis. Opus sine exemplo: gratia sine merito: & charitas sine modo.

Secundum beneficium crucis.

Secundum beneficium est gratie infusio seu donatio. Nam omnis gratia nobis a deo data & danda per meritum crucis christi donat̄. Et hoc significatur per angelos descendentes per hanc scalam. Nam gratiarum quarum deus est principalis dator

& christus: vt sic liceat dicere vniuersalis est merca tor. Et angeli nobis a deo missi sunt seduli inspira tores: & pugnatores. Hebre.i. Omnes sunt admini stratores spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis: vt ex hoc discat hu mana segnicies se in gratiis exercere: cepisse gratiã: & se sanguine eius a culpa redempta sit. Ad consi deratiõem tanti beneficii inducit apostolus prime ad Colosen. Empti eni estis precio magno glorifi cate & portate deum in corpore vestro. Vt mystice innuatur: quia pro nostrarum gratiarum adeptiõe: & pro humani generis redemptione non sufficie bat thesaurus totius mũdi. Ideo exposuit dominus thesaurum totius celi.

Tercium beneficium crucis.

Tercium beneficium crucis est digna meriti presentatio. Per virtutem cru cis eni omnes gratie quasi christus p nobis et in nobis meruit per angelos sanctos gratia & eterna gloria digna & sufficien tes deo representantur. Et hii sunt angeli ascenden tes per scalam crucis. Tam magnum eni meritum fuit crucis christi vt sufficeret mille: ymmo infinitis mundis glorificandis. Vnde Anshelmus. Deus ho mo ait: putas ne tantum bonũ tam amabile q̃ntum fuit vita christi possit sufficere ad saluandum quod debetur pro peccatis totius mundi: ymmo plus po test in infinitum. Ergo acceptio mortis non minus fuit ad merendum pro nobis: atq; merita nostra pre sentantibus: scd̃m Alexandrum de hales.

Quartum beneficium crucis.

Quartum beneficiũ crucis est in celum introductio: quod magis oĩbus est: & conclusio finalis omniũ predicto rum. Propterea dicitur q̃ scala celum tangebat. Proinde Appoca.i. Clauis dauid sancta crux denominatur. Sic & de christo dicitur. Habet clauem dauid qui aperit & nemo claudit. Et econ uerso. Dauid eni: manu fortis: & christum signifi cat: qui pro se & pro suis in omni gratia fortis erat ad declinandum omne malum: & faciendum om ne bonum. Hec clauis est sanctissima crux. Per hãc quidem clauem: & per meritum crucis eius electis regnum celorum christus aperuit & nemo claudit. quos vero tanq̃m merito crucis indignos abicit eis nemo aditum regni celorum aperiri potest. Propte rea dicitur. Claudit et nemo aperit. Vnde Augusti. ait. Pro redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem: de morte ad vitam: de corruptione ad incor ruptiõem: de exilio ad patriam: de luctu ad gaudi um: de terris ad celestia regna vocati sumus. Hinc dominus noster Ihesus cristus vt nos eleuaret ad ce lestia regna se quoddammodo posuit in vna parte crucis statere: & nos in altera. s. virtuosa vita: atq; ipse solus tandem ponderauit: idest p crucis humi litatem tantũ descendit q̃ omnes electos in celum leuauit. Proinde Iohan. xii. ait. Et ego si exaltatus fuero a terra: idest in cruce tanq̃m bellator fortis su per crucem: quia super regalem: & militarem equũ ascendens: ac deinde tanq̃m triumphator quaslibet vires omnium hostium meorum sub mee crucis pe dibus tenens omnia traham ad meipsum: idest ele ctos ex omni parte orbis terrarum: & ex omni ge nere hominum congregandos.

Sextus fructus crucis dicitur latitudo.

Sextus fructus dicit̃ latitudo. Dilata tus eni fuit amor domini Ihesu cristi in ara crucis atq; per vniuersum orbẽ largiflua charitate diffusus est. Et hoc est quod subditur in figura. Aspectus eius vsq; ad terminos terre. Est autem crux insufflatorium spiri tussancti: ex duobus lignis confectũ in quibus cla uis ferreis: & multis passionibus confixa est pellis innocentissimi agni per quinq; loca: ymmo p om nia vulnera et flagella exufflans incendium diuini amoris per vniuersum orbem terrarum. In cuius mi sterio Iohan. xx. Cum ostendisset Ihesus discipulis suis manus perforatas & latus insufflauit: & dixit eis. Accipite spiritũsanctum. s. vt verificetur quod dictum est Luce xii. quod ante promiserat dicens. Ignem veni mittere in terram. Et quid volo nisi quod ardeat Apoca. xiii. vbi scriptum est. Accepit angelus thuribulum aureum: & impleuit illud de igne altaris & misit in terrã. quid per hunc ange lũ nisi angelus magni consilii cristus cuius cor suũ perardentissimum charitatis amorem thuribulo ig nis & carbonibus pleno conuentu conuenientius comparatur. Nam thuribulum quia habet similitu dinem cordis fuit cetus apostolorũ: de quo pro tem pore quo christum abnegauerunt. Propheta in per sona domini ait. Factum est cor meum tanq̃m cera liquescens. Altare vero in quatuor cornubus in se distinctis est sanctissima crux plena igne sue arden tissime charitatis: q̃ volens dominus figure Leuiti ci vi. dicens. Ignis in altari meo semper ardebit. Ex hoc altari crucis & meritis eius accepit angelus ignem. Et in die pentecosten repleuit thuribulum: idest apostolatum cetum atq; misit in terram quan do in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ et in fines orbis terre verba eorum. s. predicantium mysterium cru cis. Audi vnum carbonem ardentẽ thuribuli huius scilicet doctorẽ gentiũ qui. i. ad Corin. ii. ait. Non iudicaui me inter vos aliquid scire nisi Ihesum chri stum & hunc crucifixum.

Septimus fructus crucis dicitur pulcritudo verborũ cristi.

S Eptimus fructus dicit pulcritudo .s. stupendorũ verborum christi. Vnde subiungitur in figura. Folia eius pulcerrima: idest verba eius admiranda pulcritudine decorata: & maxime que dixit in cruce: quando erat .s. in isto estu amoris & cruciatu. Vnde propheta in psal'. ait. Et folium eius nõ deflu et: idest verbũ deorsum non fluet. quatuor autem nunc admiranda tunc protulit christus in quolibet verbo suo. Primum fuit admirandus amor. Secundum fuit admirãdus dolor. Tercium fuit admirandus vigor. quartum fuit admirandus dulcor. Et hec possunt quatuor pulcritudines verborũ cristi denominari.

Prima pulcritudo crucis.

P Rima pulcritudo fuit amoris scd̃m ꝙ verba que christus dixit in cruce expressiua fuerunt immensi amoris: ita vt merito dici possunt septẽ amores: seu septem flãme sui fornacis cordis. Primus eni amor fuit mire remissiõis. s. offensorũ: atq; mire intercessionis et satisfactionis pro inimicis. Et hoc exprimit primũ verbũ: qa ꝓ crucifixoribus dum eum crucifigerent deprecatus est dicens Luce xxiii. Pater dimitte illis. etce. Secundus amor fuit mire conferationis animorum: expressus in secundo verbo cum dixit. Mulier: ecce filius tuus. Tercius fuit mire donationis. Nam ꝑ amorem illum omnia dona gratiarum et premiorũ fidelibus dantur: sicut tunc exprimitur tercio verbo latroni dicto. Amen dico tibi. etce. quartus fuit mire expositionis. s. sui tam pro amicis q̃m inimicis pro quibus tam acri morti confusionis exposuit se immerito dicens. Deus deus meus. quintus fuit mire attractiõis. In cuius misterio dixit. Sitio. Sextus fuit mire consumatiõis. Nam & indicibilibus affectibus: & in amorosis sermonibus necnon extrinsecis actibus & opibus totius peregrinationis sue & mortis cõsumatus est omnis modus perfecti amoris. Finis eni precepti ẽ charitas: & potissime charitas crucis. Vnde. Maiorem dilectionẽ nemo habet. etce. Proinde ait. Consumatum est. Septimus amor fuit reductionis. s. omnium in ipsum deum: hoc eni est finis vltimus omnium vt sit deus omnia in omnibus. Idcirco cũ clamore valido reddens spiritum patri dixit. In manus tuas cõmendo spiritum meũ. In quo omnium electorum suorum causaliter & exemplariter commendat & reddit deo patri vt aperte clarescat: ꝙ ille qui exiuit a patre & venit in mundum tanq̃m hamus piscatoris paterne: & tanq̃m sagena charitatis latissime i mari huius seculi a diuinitate iactata ad littus paterni reducitur pectoris cũ plenitudine omnium electorum. Vnde nihil de suo extra se reliquit cum de hoc mundo egressus est. Et reliqua supra dicta de hiis verbis parte secũda speculi huius.

Secunda pulcritudo crucis.

S Ecunda pulcritudo fuit doloris. Predicta eni verba christi fuerunt expressiua summi doloris & crucis. Vnde septẽ dolores expressit christus in predictis septem verbis: sicut supra septem amores. Primus fuit dolor ingratitudinis: quem tunc primum verbum innuit cũ dixit. Pater ignosce illis q̃nia nesciunt quid faciũt. Vnde dignitas sue persone: & acerbitas solitici supplicii: & tã feruentissima charitas cordis sui ab omnibus ignorabat: & tam ingrate recipiebat: quod innuit per primum verbum. Secundus fuit dolor tribulationis & desolationis. Et hoc tam presentiũ q̃m futurorum designatorum in matre & Iohanne Et propterea dixit secundum verbum. Mulier: ecce filius tuus. Tercius fuit dolor dispositionis. s. cõpugnantiũ cernans omniũ apostolorum & aliorũ conuersorum paucitatem cõtra eius summas dispositiones contra quas solus latro pugnasse legitur in cruce increpans sinistrum latronem. Et ex hoc dolore christus magis motus est ad miserandum latroni dicẽs. Amen dico tibi hodie. etce. quartus fuit dolor derelictionis. Et hoc exprimit quartum verbum cum ait dominus. Deus deus meus. etce. quintus fuit dolor potationis. s. amare facte nimiũ sitibundi salutis nostre loco cuius offerimus offensas horrendas atq; contemptus. Et fuit hec angustiatio desiderii cum appositione cõtrarii. Ipse eni sitiebat dulcedinem animarum: at illi oppositũ obtulerũt: scilicet quando dixit. Sitio. Sextus fuit dolor multiplicatiõis. s. causa dolorum mentalium q̃m penarum corporalium cum perdurätione vsq; ad finem vt merito diceret consumatum est. s. omne tormentum & pena. Septimus fuit dolor seperationis. s. anime & corporis. Proinde cõmẽdat spiritum virtuti paterne cum ait. Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meum. Et reliqua supra parte secunda.

Tercia pulcritudo crucis.

T Ercia pulcritudo fuit vigoris. Nã fuerunt iterum verba predicta christi expressiua summi vigoris. s. constantie & virtutis. Licet eni eius passio esset intollerabilis. Ipse nihilominus summe superferebat doloribus suis virtute atq; vigore suo. Proinde septem vigores ostendit in predictis septem verbis. Primus vigor fuit mediatoris: quia ipse vero ostendit se esse mediũ inter nos & deũ tanq̃m summum dei filium: & tanq̃m intercessorem aduocatũ nostrum ad patrem dicens: dimitte illis. Secũdus vigor fuit solicitatoris solicitudinem habentis de matre prouidendo sibi de filio & curatore qui gerat curam eius: dicens. Mulier: ecce filius tuus. Tercius vigor fuit dominatoris qa ostẽdit se habere virtutem dominatiue potestatis ideo tanq̃m dominus paradisi latroni illam promisit dicit. Amen dico tibi. quartus fuit allegatoris sue iusticie: ideo quasi admiratiue ait. Deus deus meus. quintus fuit desideratoris. Ideo ait. Sitio. Sextus fuit triumphatoris: & vniuersalis consumatoris omniũ operum suorum. Propterea dixit. Consumatũ est. Septimus fuit redemptoris: & plene fiducialitatis in patre. Ideo dixit. Pater in manus. Notanter aduerte ꝙ non dicit tibi cõmendo: sed in manus tuas cõmen

do:vt ostenderet patrem sibi adesse quasi dilatatis brachiis:& ,ptensis manibus adipsum amplexandum & astringendum tanq̄m filium vnigenitum: & predilectum sibi.

Quarta pulcritudo crucis.

Quarta pulcritudo fuit dulcoris: Fuerunt eni predicta christi verba etiam expressiua magni dulcoris:idest complacētie:quia omnia predicta verba voluntarie patiebatur. Vnde Esaie xv. ait. Oblatus est quia voluit. Et Propheta. Volūtarie sacrificabo tibi. Tripliciter autem voluntarie letabatur. Nam si inuoluntarius sustinuisset non fuisset meritoria. Primo eni de quolibet amore ostenso in quolibet predictorum septem verborum. Secundo de quolibet dolore ostenso in predictis septem verbis. Tercio letabatur de quolibet istorum septem vigorum ita q̄ ad quemlibet amorē:ad quemlibet dolorem: & ad quemlibet vigorem omniū predictorū suum voluntarium & iocundum aspectum seu respectū habebat. Non immerito ergo de ligno vite quod ē sacratissima crux Apoca. xxiii. scriptum est. Folia eius ad sanitatem gentiū:quia ipsa eis gustantibus sensum ad sanitatem sunt omnium spiritualiter infirmorum. Nec tantū verba illius sanatiua sunt predictarum infirmitatum. Verum etiam & amplius omnia particularia facta alia ad nostrā sanitatem pro nobis in se assumsit. Nam primo curauit nos per dietam quando ieiunauit quadraginta diebus: & q̄dragita noctibus. Secūdo p electuariū quādo corpus & sanguinem suum dedit in cibum atq; potum. Tercio per sudorem:quando factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā. quarto per minutionem quādo flagellatus:clauis & lancea vulneratus est. quinto per oris gustationē & potationem quando gustauit acetum cum felle mixtū Sexto per emplastrum quādo facies eius sputis illibata est. Et hiis similibus superius dictis.

Octauus fructus crucis dicitur multitudo.

Octauus fructus dicitur multitudo. s. meriti passionis christi. Et hoc respectu eius qui est caput. Et p consequēs respectu omnium electorū:ac membrorū eius. Et de hoc Daniel subdit dicens Fructus eius nimius:quia infinitum fuit meritū & precium passionis. s. ratione coniuncte diuinitatis. Nam in q̄ntum homo:sicut ex precedentibus:christus mereri poterat:& merebatur. In q̄ntum vero deus infinitum suum meritum & premium dilatauit. Merito ergo Daniel inquit:fructus eius nimius. quatuor eni fructiferas: & maximas vtilitates ex passione sua christus adeptus est:que omnes redundant per gratiam & gloriā in omnes electos suos. Prima vtilitas est resurrectio. Vnde ,ppheta ad patrem in psona filii inquit. Tu cognouisti. s. p approbationem sessionem meam:hoc est humilitatem passionis mee:& resurrectionem meam. Hanc quoq; vtilitatem per consequens adeptus est omnibus membris suis. Secūda vtilitas est ascēsio. Tercia consessio ad dexterā patris. quarta iudiciatio:quia ex passione sua data est ei potestas iudiciaria. De hiis omnibus satis dictum est in superioribus.

Nonus fructus crucis dicitur dulcedo

Nonus fructus dicitur dulcedo. Nam scd̄m varios hominum virtuosorum status:crucis dulcedo varie sapit. Vnde Psal'. ait. qui dat escam omni carni Et propter hoc daniel subdit. Esca vniuersorum in ea. Omnium animarum virtuosarū status ad qua druplicem differentiam reduci possunt. Primi dici possunt sensuales. Secundi rationales. Tercii spirituales. quarti celestiales. Et hii omnes variis desideriis inardescunt:et tamen vniuersorum in ea scilicet in sequela crucis christi. De quo Mathei. x. qui nō accipit crucem suā:idest possibilem sibi & sequatur me:non est me dignus:idest indignus est gustare gratiam & gloriam meā. Per hanc autem crucem:assumptio difficilium denotat̄. Per quam funditus moritur homo carni:mundo: & viciis:p quam fit holocaustum summi dei:vnde nō solum intelligitur ligni crux patibulum:sed pie vite virtutisq; propositū. Sicq; omnis christiani vita q scd̄m euangelium vixerit crux est atq; martyrium. Vt merito hic ordo seruetur. Nam sicut in fruitiōe beatorum a quibus esse tristabile seclusum est deus honoratur ab ipsis:et in ipsis. Et sicut in inferno tormentis demonum & dampnatorum in quibus absq; vllo gaudio cruciantur deus in ipsis plene honoratur sed non ab ipsis. Sic & in presenti vita que inter illos est:est media deus honoratur et laudatur in suis electis & a suis electis qui in assumptione difficilium dolorem & gaudium cōmiscentium per operationem perfecte virtutis que dicit̄ crux:vt sic in omnibus glorificetur deus. Hec quidem seruando quilibet de predictis quatuor scd̄m suum statū. In cruce reperit suum pasca:quia esca vniuersorum in ea.

Primi scilicet sensuales.

Primo enim sensuales duo desideria habēt absq; peccato in arduis. Primo naturam cōseruare:quod quidem fit quando labores hominū portabiles: & leues efficiuntur. Secundo absolui a laboribus & erumpnis:quod fit virtuosa cruce ,ppter diuinū amorem assumpta:& patienter leuata:quo nō tantum aufert ab homine labores cōmunes:sed per sepe etiam gaudium & iocunditatem affert. De primo desiderio ait dominus Mathei. v. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis laboribus &

aduersis: & ego reficiam vos. Et de secundo addit. Tollite iugum meum super vos: quod est charitatis amor i onere crucis. Et discite a me quia mitis sum: & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus vestris. s. in laboribus vestris. In mundo pressuram In me vero pacem. Iugum meũ suaue: est amor dei onus vero leue: est amor que faciũt leuiter ferre cru cem laborũ & aduersitatis: quia sic ex amore & ꝑ amorē laboribus pressa natura alleuiatur: patet in sancto Laurentio. Absq; hac cruce in culpa et pena seu transgressione & afflictione homo efficitur in fernalis. Proinde ait dominus Math. xxvi. qui vo luerit animam suam saluam facere. s. fugiendo pre dictos labores perdet eam: quasi diceret. Si saluas perdas. qui autem perdiderit animam suam ꝓpter me inueniet eam.

¶ Secundi scilicet rationales.

S Ecundi sunt rationales. Et hii quoq; alia duo desideria habent. Primo au gmentare consolationem. Secundo illuminare rationem. Per primum a natura delectatio gustatur. Per secundum vt sic di cam portatus labor cõtinuo parit in homine diuer sas: & supernas ac spirituales cõsolationes transfor mationes amantem in amatũ. Et quasi ad celestem delectationem exultando: necnõ per hoc admiran dis et saluberrimis luminibus illustrãdo. Vnde pro pheta ait. Gustate & videte quoniam suauis est do minus. s. ymitatiõe crucis illius. Beatus vir qui spe rat in domino. Primo inquit gustate. s. affectu. Se cundo et videte: intellectu: quia gustatio facit vide re. Vnde Prouer. vltio. Gustauit & vidit q̄m bona est negotiatio: idest exercitatio crucis arduorum vir tutum. Vnde Ionathas mystice ait. Vidistis ipsi q̄m illuminati sunt oculi mei eo ꝙ gustauerim de mel le: idest de crucis atq; virtutum suauitate: quod etiã superius expositum est. quanta autem sit suauitas q̄m gustauit & expiẽ de cruce: idest laboribus amo rose portatis: atq; pro cristo assumptis ostendit pri mo Apoca. vbi dominus ait. Vincenti dabo man na absconditum. Abscõditum eni manna dicit su auem virtuose vite intelligentiam ꝓpter virtutum experientiam iustis a domino dispensatam: atq; in dignis & viciosis occultam: & a deo merito occul ta. Sicut eni manna desuper veniens omniũ suaui tatis saporis in se continebat. Sic suauis experigen tia bone vite que est crux christi omni mentis suaui tate redundat. Vnde dicit etiam Gregori. Nil adeo graue quod non equo animo tolletur si christi pas sio ad memoriam reuocetur. s. per deuotionem vel ymitationem. quanta insuper fuit illuminatio ex predicta cruce ostendit Bernhar. in canticis dicens quid ita efficax ad curandum conscientiam: necnõ ad purgandum aciem mentis q̄m christi vulnerum sedula meditatio. De quibus infra dicemus. Proin de passio cristi figurata ẽ in felle quo Thobie ocu li fuerunt illuminati. Thobie. ii. Est etiam colliriũ de quo Apoc. iii. angelus ait. Vnge collirio oculos tuos. s. mentales vt videas. Absq; eni predicta cru ce: humana ratio deuenit in fantasticam obscuram atq; bestialem estimationem & opinionem. De ta libus Propheta ait. Nescierunt neq; intellexerũt ex parata culpa in tenebris ambulabãt ex multiplica ta malicia. Et omnes isti crucẽ christi nõ sunt secuti

¶ Tercii scilicet spirituales.

T Ercii sũt spirituales. Et hii quoq; alia duo desideria habent. s. in eis. Primo virtutem roborari. Secundo virtutem premiari. Primo virtutẽ dico robo rari. s. in vite iuste soliditate et stabilitate: quod qui dem per crucem fit teste apostolo ad Thimo. ii. di cente. Firmum firmamentum quod est virtus stans habens signaculum hoc. s. sanctissime crucis: quia virtus in infirmitate ꝑficitur. Ad Chorint. xii. vbi statim subdit. Libenter igitur gloriabor in infirmi tatibus: in contumeliis: in necessitatibus meis: in ꝑ secutionibus: in angustiis pro christo. Cum autem infirmor tunc fortior sum. Ecce virtutis roboratio & confirmatio. Secũdo desiderant virtutem pre miari. s. ꝑ gloriam sempiternã. Et talis virtus amo rose crucis influit sc̄dm habitum perfecte charitatis in meritum copiosum: premiũ glorie expectandi. Vnde premium eterni regni non mensuratur sc̄dm spirituales feruores ac mentales delectationes: sed sc̄dm penam amorose crucis que principium est & medium gloriosi finis. Luce xix. dominus ait: qui non accipit crucem suam & sequitur me: nõ est me dignus: idest meo premio in gl'ia sempiterna. Nec ait tantum qui sequitur. s. per delectatiõem: sed pre misit qui non accipit crucem. Nam in crucis assum ptione deus delectatur in nobis. Sed in delectatio nibus spiritualibus nos delectamur in deo. Per pri mum crescit premium & meritum. Per secundum contempnemus mundum: & sequitur deum: quia gustato spiritu desipit omnis caro. Absq; cruce & laborioso conatu in opibus virtuosis nostra meri toria virtus deuenit inconsiderabilem debilitatem. Sicut in hiis qui nõ magnis laboribus adepti sunt dona sublimiora. ꝙ contigit in lucifero Adam et Eua. Salomone & Petro. Et pluribus aliis qui cito deciderunt a donis in magnam ruinam irreuocabi liter quidam eorum prolapsi sunt.

¶ Quarti scilicet celestiales.

Q Varti dicuntur celestiales. Et hii quo q; duplex desiderium habẽt. Primũ in eis glorificari gratiam. Secũdum magnificari diuinam gloriam. Pri mo glorificari in se gratiã in presen ti per glorie participationem. Et hoc fit per crucem & domini passionem. Exemplo apostoli qui de se atq; de aliis perfectis. Ad Phili. ii. ait. Vestra cõuer satio in celis est. Similiter Bernhar. Scio inquit ꝙ merita eius non sufficiunt: quod mihi deesse auda cter vsurpo ex visceribus Ihesu christi qui in miseri

cordia affluit: nec desunt foramina corporis: patent viscera misericordie dei in quibus visitauit nos oriens ex alto. Secundo desiderant magnificari diuinam gloriam. Et amor crucis ad gloriã dei inflammat: illuminat: roborat & dilatat humanã mentẽ. Hic erat ille cruciformis amor qui tanta fiducia cor pauli securabat: vt dicit ad Gall'.vi. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu cristi: per quem mihi mundus crucifixus est: & ego mundo Absq; cruce gratia meritoria delectabilis atq; celestialis deuenit in admirabilem annihilationem. Sicut per expergentiam patet in hiis qui sequuntur spiritũ amoris: & spiritum libertatis: aut librũ hereticum qui dicitur anima supliciũ qui in erroribus dampnati sunt. Extra heredita. vlti. in clemẽ. Contra quos apostolus ad Phili. iii. ait. Nunc autẽ flens dico inimicos crucis christi. Nam sicut ad Galla. v. dicit. qui sunt christi carnem suã crucifixerunt cum viciis & concupiscentiis. Et omnes predicti contraria operanẽ multiplicibus erroribus illusi atq; delusi. Sicut p expergentiam in eis approbari potest Ex predictis iam patere poterit q; amor absq; cruce & crux absq; amore nec ratiõe: nec verbo: nec opere aliquam meretur laudem. Sed in summo laudabilis ẽ illa crux quã induit amor quem ipsa crux parit. In hoc statu erat Paulus cum de se dicebat ad Gall'. ii. Christo confixus sum cruci. Et in tali cruce primo affligitur caro clauis timoris. Psal'. Confige timore carnes meas. Secũdo spiritus clauis amoris. Canti. v. Fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo. Tercio sensus exterior clauis discipline & rigoris. Eccli'. vlti. Verba sapientum quasi stimuli: & quasi claui in altum: idest in ,pfundum sensus defixi. quarto manus opere clauis laboris. Eccli'. ix. quodcũq; potest manus tua instanter operare. Ex supradictis clarius patet q; manifeste ostendit se non diligere qui pro amato nõ vult se ad quecunq; difficilia preparare & exhibere. quod est contra errorem simplicium animarũ qui crucem & labores abhorrent: vt supra dictum est.

Decimus fructus crucis dicitur sanctitudo.

Decimus fructus sanctitudo dicit. Sanctus autem dicitur a sanguie vnctus. Et Daniel subdit. Subter eã habitant animalia & bestie: idest omnes baptismate crucis signaculo insigniti & sanguine tincti. Differt autem bestia ab animali. Nam bestia est crudelis. Animal vero nõ. Animalia igit sunt homines iusti qui finaliter saluandi sunt. Sicut de gloria sempiterna propheta ad dominum ait. Animalia tua habitabũt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Per bestias que sunt crudeles christiani reprobi designantur: & etiam infideles: quia sicut subditur dyabolus in eis post passionem christi non habet tantam potestatem sicut ante. Principalius tamen omnes christiani sub vmbra & ,ptectione crucis: & sanguine christi inhabitant. Vnde brachia christi sunt scapule ille de quibus propheta ad cristianũ populum inquit. Scapulis suis obumbrabit tibi. Sub hiis scapulis scdm Bernhar. q̃tuor nobis beneficia conferuntur. Sub hiis eni alis absconedimur. Sub hiis ab incursu miluarum & accipitrũ subtegimur: que sunt aeree potestatis. Sub hiis obumbraculum salubre nos refrigerat. Et sub hiis alimur & fouemur. Hec sunt q̃tuor beneficia que cõferuntur in mysterio crucis vt ait Bernhar. Primũ est absconsio mundi. s. a maliciis. que quidem absconsio maxime nobis fit quando aduersa nõ premunt: vt magna nimiter tolleramus. Vnde Ysido. Si passio redemptoris ad memoriã reducit: nil tam durum est quod nõ equo animo tollatur. Praua eni tolleramus si recordamur quid biberit ad patibulũ qui nos inuitat ad celum. Ille eni obprobria: derisiones: alapas: sputa: flagella: spineam coronam crucemq; sustinuit. Et nos miseri ad nostram confusionem vno sermõe fatigamur: vno verbo deiicimur: & iterum ad tollerandam iniuriam proximorum nulla res efficatior ad laborem: & portanda onera aliorum facit libẽter impendi nisi cum cogitamus q̃nta ,p nobis ptulit dominus. Vnde. Sicut paruus fluuius perdit nomen suum cum cadit in magnum Sic labores & passiones nostre cõparatione earum que passus est christus non sunt passiones denominandi. Secũdum beneficium est protectio. s. contra potestatem dyaboli: quia christus illam passione sua debilitauit. Vnde Iob. iiii. capi. quasi hamo capiat leuiathan: quia caro christi velans diuinitatem fuit quasi esca hamo diuinitatis quam cum dyabolus per mortem procurauit hamo diuinitatis deceptus fuit & captus. Terciũ beneficium est refrigeratio. s. concupiscentie carnis. Vnde. Sub vmbra illius: quod supra in pricipio expositum est. quartum beneficium est spiritualis refectio. De q̃ superius etiam multa diximus.

Vndecimus fructus crucis dicitur promptitudo.

Vndecimus fructus dicitur promptitudo: de quadruplici mystica: & morali dimensione dominice passionis Et dicitur promptitudo. s. ad seruitiũ dei. De qua daniel ait. Et in ramis eius cõuersabantur volucres celi: idest virtuosi: & religiosi: quorũ tota vita merito crux dici potest. Vnde propheta de domino ait ad patrem. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues: idest simplices: & boues vniuersos: idest prelatos: & predicatores: insup et pecora campi: idest seculares qui perambulant semitas maris. Vocat eni omnes virtuosos atq; religiosos volucres celi per libertatem a viciis et seperationem a secularibus curis: & statum eleuatum a mundo. Ad Philipen. iii. Vestra conuersatio in celis Et hii in ramis crucis continuo versanẽ. Inferior ramus est vita virtuosa. Sinister est vita religiosa. Dexter charitas larga. Et superior spes firma: vt infra patebit.

De quatuor ramis sanctissime crucis.

P Rimus ramus & inferior est vita virtuosa & mundi cōtemptus. De qua dominus Math. xviii. & Luce ix. ait Si quis vult post me venire abneget semetipsum: & tollat crucem suam: & sequat me. In quibus sacratissimis verbis ponūtur septem que requiruntur ad verum amplexum virtutum: & virtuose crucis: que sunt contra alia simulate crucis. Nam talis crux debet esse Primo voluntaria. Secundo oposa. Tercio integra. q̄rto laboriosa. quinto propria. Sexto cōtinua. Septimo recta. Primo dico voluntaria: & nō violata. Propterea dicit. Si qs vult: nemo eni inuitus bene agit sc̄dm Augu. Vult eni dominus talem qui dicat sibi. Voluntarie sacrificabo tibi. s. meipsum: meos: et mea que tria exprimit illa dictio semetipsū. Sc̄do debet esse oposa: non ociosa. Ideo subdit. Post me venire: qui. s. semper in arduis & in laboribus mentalibus & corpalibus fuit. Tercio debet esse integra: non diminuta. ꝑpterea addit. Abneget semetipsum. s. se suos & sua. Se: idest vetustatem suam abiiciet. Et semet ipsum excedet vt sic ad deum accedat. Non enim quis potest accedere & ascēdere ad deum qui supra semetipsum non ascendit. Vnde ad Thi. ii. Abnegantes impietatē: & secularia desideria: sobrie: & iuste: & pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei. quarto debet esse laboriosa: non delicata & ociosa. Proinde ait: tollet crucem. Sunt pleriq; qui sic volūt assumere penitentiam vt nullam sentiant afflictionē & penam. Contra quos ait Apl̄us. qui sunt christi carnem suā crucifixerunt cum viciis & cōcupiscentiis. quinto debet esse propria. Ideo subdit: suam: idest sibi possibilem. Non dicit meam: nec alienā sed suam. Non meam quia totus mūdus nō posset portare minimā partem crucis christi: nec alienam. Sunt nanq; nōnulli qui gloriantur de passionibus & penitentiis patrum suorum: queādmodum scribe & pharisei. Cōtra quos ait dominus Iohā. viii. Si filii abrahe estis opera abrahe facite. Sexto debet esse continua non instabilis & momentanea: Propterea subdit. Et sequatur me. Septimo debet esse recta: non reciproca: vel simulata: ꝑpterea subdit. Me: idest gloriam meam p rectam intentionē: hoc est: constituet me finem sui crucifixi: vite: atq; laborum suorum. Expressiuum signum recte intentionis est ꝑseuerātia. etcete. Vnde ait dominus Mathei. x. qui perseuerauerit vsq; ad finē hic saluus erit

Secundus ramus crucis.

S Ecundus ramus & sinister est fides religiosa obseruādo principaliter tria vota. s. obedientiam: castitatem: paupertatem. Primo per obedientiā humana voluntas subditur deo. Et hoc est abnegatio. Et quemadmodum crucifixio suiipsius: de q̄ dominus superius ait. Si quis vult venire post me. etcete: Iugum eni meum suaue: et onus meum leue. Vnde Bernhar. Credētibus nihil ē impossibile. Et amantibus nihil est difficile vel asperū mitibus vel humilibus: vel arduum reperitur quibus gratia fert auxilium. Et obediendo deuotio lenit imperiū. Secundo caro per castitatem subiicitur rationi: vt fiat homo totus illumiatus: et ratiōalis. De quo Mat. xix. Sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos ꝑpter regnū celorum. Et iterū. O q̄m pulcra est casta generatio cum claritate immortalis est memoria illius. Tercio per pauptatem corpus omnibus temporalibus dominatur. Proinde Deutro. xi. dominus ait populo israel: idest per fidem videntibus deum: ac p hoc contempnentibus mundum. Omnis locus quē calcauerit pes vester: vester erit. Et iterum Nihil habentes omnia possidentes. Iohan. x. Deniq; per experientiam patet q̄ fideliter viuentibus in sua religione deus in necessitatibus suis mirabiliter subministrat. Nihil eni deest timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominū non minuentur omni bono.

Tercius ramus crucis.

T Ercius quoq; ramus est charitas larga De qua apl̄us ad Thimo. i. ait. Finis autem precepti est charitas de corde puro: & cōscientia bona: & fide nō ficta. De corde puro: quo ad proximū. De cōsciencia bona quo ad seipsum. Et de fide non ficta quo ad deum. De quibus satis dictum est in precedentibus. Hanc triplicem charitatem tanto prestantiorem: necnon & feruentiorem atq; precellentiorem religiosi habere debent q̄nto maiora dona receperūt q̄m ceteri seculares. Et q̄nto magis expediti sunt ad illam perficiendam: atq; q̄nto cottidiana experientia probat. Ecce q̄m bonum et iocūdum habitare fratres in vnum.

Quartus & supremus ramus crucis.


Q Vartus & supremus ramus est spes firma que maxime designatur in titulo qui positus ē Iohan. xix. s. Ihesus nazarenus rex iudeorum. In quo tytulo triplex spes mystice designatur in quo precellere debent omnes religiosi. Prima est spes venie. Secūda gratie. Tercia glorie. Prima quidem spes ibi. Rex iudeorum: idest cōfitentium significatur. Vnde in persona veri religiosi ait propheta. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Ecce firma spes venie. Secunda est spes gratie: que ibi nazarenus significata est floridus interpretatur In flore est vtiq; spes fructus. Vnde Eccl'i. xxiiii. in persona domini ait cruci. Flores mei fructus honoris & honestatis. Tercia spes est glorie quam nomen Ihesus apertius manifestat. Interpretatur eni salus: vt Mathei. i. dixit angelus ad Ioseph. Vocabis nomē eius

Ihesum: ipse eni saluum faciet populum suũ a peccatis eorũ. Ex hiis patet ꝙ in modo passionis fuit caritas maxima: quia nos liberauit ab inferno dando veniã qua mundum renouauit: largiendo gratiam qua celum aperuit: cõferendo gloriam: que tria sicut dictum est apparuerunt in tytulo crucis christi que religiosi pre aliis adipisci possunt

¶ Duodecimus fructus crucis dicitur pulcritudo.

Duodecimus fructus de q̃druplici mystica: & anagoyca dimensiõe dominice crucis. Plenitudo. s. qua plenum est vniuersum gratia: et gloria: crucis christi: ex qua pascuntur omnes beati. Vnde finaliter ait Daniel. Ex ea vescebatur omnis caro: siue celestis siue terrestris. De quo apostolus ait. Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo: longitudo: altitudo: & profunditas. s. sanctissime crucis: vt in misterio iudicetis: ꝙ i cruce est Latitudo charitatis. Longitudo eternitatis. Altitudo superne ciuitatis. Profundum infernalis captiuitatis. Primum latitudo charitatis crucis dilatat̃ per vniuersos. Contemplare anima mea ꝙ alta prouidentia dei in cõsumationem mysterii nostre redemptionis nõ omne genus mortis elegit. Vnde nec voluit iugulari cum innocentibus per crudelitatem herodis. Sicut dicit̃ Mathei. ii. ca. Nec precipitari sustinuit a suis cõpatriotis. s. nazarenis: vt in Lu. iiii Nec lapidibus obrui ab impiis scribis & phariseis vt dicitur Iohan. viii. ca. Sed mortem crucis assumpsit que est tanq̃m vexillum victorie: & tanq̃m signaculum perfectionis & gratie: in totã rationalem creaturã diffuse & diffundende. Porro talis modus expansionis in cruce conuenientissimus est etiam in cruce crux ad omnia impetranda a pietate paterna ad omnia infundenda ad electos charitate largiflua: ad omnia ad se trahenda veritate infinita: ad omnia amplexanda remissione plenaria. quapropter in cruce totus calescens amorosus Ihesus more solaris radii ad se trahit humores deuoti cordis in pluuias dissoluendas cõpassim atq̧ transformatim ploratus sue sanctissime passionis & mortis. Iste quoq̧ moriendi modus videlicet extensiõis in cruce pretẽdit figurã virtuose baliste que quidem ictu ancipiti potest celum iaculare & terram: vt sic per ipsam eternus pater quasi per arcum inestimabilis charitatis: filium suum pro nobis crucifixũ & mortuum intra intima cordis nostri ad nostram emoliendam duritatem perforando transfigat. Sed & tu anima mea cõstituta inter aduersa pectus potes iactare paternum si dulcissimũ filium suum ꝑ sui honoris defensiõe sic crudeliter laceratum & mortuum quasi sagittam electam in eum ipso arcu affectuosi amoris crucis extenso proiicies: quoniã ibi remissionis beneficium negare non possit. Latitudo eni crucis christi ad omnia tempora dilatat̃. Secũdo in cruce est longitudo eternitatis quia longitudo eius ab eterno vsq̧ ineternum extenditur super timentes eũ in tota rationali creatura. Scriptum est eni Sapi. viii. Attingit a fine vsq̧ ad finem fortiter. s. per gratiam: et disponit omnia suauiter. s. per gloriam. Tercio insuper in cruce est altitudo superne ciuitatis que paradisum reserauit. quarto quoq̧ in ea est profundũ infernalis captiuitatis: qa virtute eius sancti patres de limbo liberati & glorificati sunt: vt patuit in fine supra quarti fructus. Merito ergo de hiis quatuor dimẽsionibus crucis deuotus Bernhar. ad sanctissimam crucẽ ait. quis misericordie tue crucis benedicte quereret digne inuestigare latitudinem: longitudinem: sublimitatẽ & ꝓfundum. Nam latitudo tua replet orbem terrarum: longitudo vsq̧ ad nouissimum diem subuenit vniuersis inuocãtibus eam. Sublimitas tua summe ciuitatis inuenit restauratiõem. Profundum tuum sedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemptionem. Simus igitur cruciformis perfectionis. Et in virtutũ cruce sit affixum cor nostrum. In sensu crucis delectet̃ & piguescat affectio & dilectio nostra. In cruce exaltetur spes & expectatio nostra sic vt totum cor: omne os: totum opus illi amoroso Ihesu cor firmiter conformetur qui pro nostra redemptione ex sola sua stupenda charitate in cruce mori dignatus est. Sed nũc triũphator mortis cum patre & spiritusancto gloriosus super omnia qui viuit & regnat per infinita secula seculorũ Amen De ista cruciformitate habes supra in nono fructu crucis ad longum pulcre & eleganter explanatum

¶ De figura crucis estimatione gentilium.



Scientiam & estimationẽ gentilium de figura crucis non puto fore hic adducere omnino redarguendum: cum dicat noster Augustinus. Philosophi si que fidei nostre cõsentanea dixerint non solum formidanda non sunt verũ etiam ab eis tanq̃m ab iniustis possessoribus in vsum nostrum cõuertẽda. Legimus autem in quodam arabum colegio ꝙ antiquiores figuram crucis aliis figuris anteponebãt: quia corpora per virtutem agunt ad superficiẽ iam diffusam. Prima vero superficies cruce describit̃. Sic eni in primis habet longitudinem atq̧ latitudinem. Primaq̧ hec figura omnium recta q̃mmaxime. Et quatuor rectos angulos cõtinet. Effectus vero celestium maxime per rectitudinem radiorũ angulorumq̧ resultãt. Tunc eni stelle magnope sunt potentes quando quatuor celi tenent angulos: ymmo cardines orientis videlicet occidẽtisq̧ & medii vtrunq̧ celi. Sic vero disposite radios ita coniiciũt in seinuicem vt crucem inde constituãt. Crucẽ ergo veteres figuram esse dicebant tum stellarũ fortitudine factam: tum earundem fortitudinis susceptaculum: ideoq̧ habere summã in ymaginibus potestatem. Ac vires & spiritus suscipere planetarum Hec autem opinio ab egyptiis vel inducta est vel maxime confirmata. Inter quorum caracteres crux vnus erat insignis vitam eorum more futurã signi

ficans. Eamq; figuram pectori setapidis insculpe bant. Ego vero ꝙ de crucis excellētia fuit apud egyptios ante christum non tam muneris stellarū testimonium fuisse arbitror q̄m virtutis presagiū quam a cristo fuerat acceptura. Astrologos autem qui statim post christum fuerunt videntes a christianis mi randa per crucem fieri. Nescientes autem vel nolentes in Ihesum tāta referre in celestia retulisse q̄mq̄m considerare debebant per crucem ipsam absq; noie Ihesu miracula minime perpetrari. Conuenire quidem ymaginibus eamq; referat fortitudinem plaue tarum omniumq; stellarum forsitan est probabile. Non tamen ob hoc dumtaxat ingentē habere potentiam. Posse vero nō nihil vna cum ceteris que necessaria sunt coniunctim ad prosperam forsan corporis valitudinem: vt scribitur in libro Marsilii vicini de vita celitus comparāda capi. xviii. Item de crucis vtilitate & ipsius dilectione habet etiam cōsecratio. dist. iiii. ca. v. vbi dicitur. Nunquid nō omnia carismata sacerdotalis mysterii crucis signaculo & figura perficiuntur. Nunquid baptismatis vnda nisi cruce sanctificata peccata relaxat. Et vt cetera que supra dicta sunt pretereamus: sine crucis signaculo quis sacerdotii gradus ascendit. Quid plura in baptismo. In vnctione extrema. In confirmatione: cibo & potu. Et in quocunq; periculo crucis signo semper vtendum est. Et q̄ntum dyabolus signum crucis ptimescat: vide supra. Et optimū exemplum in dyalogo Gregorii libro. iii. capi. vii. de iudeo recumbente in templo apollinis: cui demones non poterant nocere: quia licet fuerit vas vacuum attamen fuit signatum. Vnde beatus Frācis cus Vbicunq; vidit crucis signum dixit in feruore mentis. Adoramus te sanctissime domine Ihesu christe hic & ad omnes ecclesias que sunt in vniuerso mundo quia per tuam sanctam crucem redemisti mūdum. Et silr glo. ca. ecclesiasticarū institu. dist. xi. dicit ꝙ canonica scriptura docet in fronte & in aliis membris signaculum crucis debere fieri. Verū etiam videtur signum crucis ex veterū testamēto traxisse originem: quia dum angelus deberet occidere primogenita egypti preceptum est filiis israel vtrunq; postem liniri de sanguine in modum thau littere que est ad modum crucis. Et dicitur ꝙ Iacob cancellatis manibus suis benedixit filiis Ioseph. s. effraym & manasse. Item in Ezechiele legitur ꝙ cū apparuissent ei sex viri vasa habentes in manibus: & quidā vir apparuisset in medio eorū habens attramentum ad renes dominus dixit ad eū. Signa thau in frontibus dolentium & gementium. Ideoq; nisi crux ista predigna nimium esset & laudabilis sanctus Andreas non tam desideranter videns crucem propriā exclamasset dicens. O crux admirabilis. O crux inenarrabilis que per totum mundum rutilas suscipe discipulum christi: non me permittas errare sicut ouem non habentem pastorem. O bona crux que decorem & pulcritudinem de membris domini suscepisti. etcete. Ex predictis effluenter satis innotescit notabilitas sanctitas et magnitudo crucis super benedicte. In ea quippe tantum et tam vigilanter ille magnus paulus studuit: vt diceret primo ad Corint. ii. Non iudicaui me aliquid scire inter vos nisi Ihesum christum: & hunc crucifixum. Et iterū Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu christi per quem mihi mundus crucifixus est: et ego mundo. Et subdit. Nemo mihi molestus sit: ego eni stigmata domini nostri Ihesu christi in corpore meo porto. O vtinam excellentes clerici & diuites voluptatibus dediti dimisso voluptatis studio: & spretis mundanis gaudiis de sola cruce gloriari delectarent: sed illam prochdolor nō sufficienter honorant: neq; etiam condecenter adorare contendunt. q̄mplura alia pulcra & mirifica inuenies in opere Magnentii rabani mauri de laudibus sancte crucis: eruditiōe: versu: prosaq; mirifico

¶ Oratio.

Salue igitur crux sancta salue que in corpore cristi dedicata es: & in membris eius tanq̄m margaritis ornata. Adoramus te christe & benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum: pro quo tibi domine Ihesu christe laus et gloria per infinita secula seculorum Amen.

¶ De euacuatione scandali crucis christi.

Euacuatum est scandalum crucis christi. Ad Gal. v. Ad hoc Crisosto. sic dicit. Crux nobis totius beatitudinis causa est. Hec nos a cecitate liberauit Hec a tenebris duxit ad lucē: et reliq̄ supradicta. Super quo talem moueo questionem. Dicit Leonhardus de vtino. Vtrum crucis cristi scandalum digne euacuetur si adoratione latrie adoretur. Ad istam questionē respondent duo doctores: Damascenus scilicet & sanctus Thomas. Damascenus sic dicēs Omnibus mirabilibus mirabilior est crux. Per nullum eni aliud est mors euacuata primi parētis. Peccatum solutum. Infernus spoliatus. Resurrectio data. Et q̄mplura alia bona superius numerata. Rationali creature cōdonata: ergo etcete. Beatus Thomas tercia parte questione. xxv. sic dicit. Honor seu reuerentia non debetur nisi rationali creature. Creature autem insensibili non debetur honor vel reuerentia nisi ratione creature rationalis. Et hoc dupliciter. Vno modo inq̄ntum representat naturam ratiōalem. Alio modo inq̄ntum ei quocunq; modo coniungit. Primo modo consueuerunt homines venerari regis ymaginem. Secūdo modo eius vestimentū. Vtrunq; aūt venerātur hoies eadem veneratione qua venerātur & regem. Si ergo loq̄mur de ipsa cruce in qua cristus crucifixus est vtroq; mo

do est a nobis venerāda. Vno modo q̄ inq̄ntum re presentat nobis figuram cristi extensi in ea. Alio modo ex contactu ad membra christi: & ex hoc ꝙ eius sanguine est perfusa: vnde vtroq; modo adora tur eadem adoratione cum christo scilicet adoratio ne latrie. Et propter hoc etiam cruce alloquimur & deprecamur quasi ipsum crucifixum: cantantes in ecclesia. O crux aue spes vnica hoc passionis tem pore auge piis iusticiam reisq; dona veniam. Si ve ro loq̄mur de effigie crucis christi in quacunq; alia materia puta lapidis: vel ligni: argēti vel auri sic ve neramur crucem tantum vt ymaginem cristi quam veneramur adoratione latrie. Hec ille.

¶ Per crucem christi multi scan dalizantur.

Auditis eni hiis que in christo fuerunt ante passionem eius multi scandali zantur. Primo in incarnatione quia in illa deus et homo vnitur. In ista de us & homo moritur: quoniā in illo triduo nō fuit homo: vt dicit magister sententiarum libro tercio. In illa de spiritusancto concipitur. In ista spiritu nequitie sanguis funditur. Et sic de multis aliis que causa breuitatis omitto. Secundo in educatione quia in natiuitate nascit̄ in stabulo. In ista moritur in caluarie loco. In illa reclinat̄ in presepio. In ista configitur crucis patibulo. In illa benedicunt chri stum rudes pastores. In ista maledicūt ipsum legis doctores. In illa magi gentiles offerūt. In ista prin cipes & serui gentiles crucifigunt. Tercio in con uersatione quia in illa scd̄m legem circumcidit̄. In ista sanguis vndiq; eiicitur. In illa sup altare in tem plo ponitur. In ista super crucē in patibulo suspen ditur. In illa gladius doloris Marie predicit̄. In ista gladius meroris eius anima transfigitur. In illa mo riunt̄ innocētes. In ista morit̄ ꝓpter peccatores no centes. Et sic de aliis multis que ponunt̄ a Leonhar do de vtino: in sermone de inuentiōe sancte crucis quarto in glorificatione: quia in illa a Iohanne ba ptista baptisatur. In ista a synagoga cruentatur. In illa spiritussanctus super baptisatum apparuit vox patris intonuit. In ista pater eum dereliquit: in illa dyabolum in deserto supauit. In ista dyabolus eū per suos ministros in cruce exaltauit. In illa vt deus & rex honoratur. In ista spinis coronatus blasphe matur. In illa turbe ab ipso cibum & potum susce perūt: in ista ipsum in siti sua felle & aceto potaue runt. In illa mortuos suscitauit: in ista inclinato ca pite emittēs spiritum expirauit. In illa fuit vite spe ctaculū: in ista fuit ludibrii spectaculum. Et sic in cruce fuit cunctis videntibus in scandalum.

¶ Ad hec dicendum & re/ spondendum.

Sed aliter est de eo q habet curā alicu ius particularis: & de prouisore vni uersali. Prouisor eni particularis ex cludit defectum ab eo quod cure eius subditur q̄ntum potest. Sed prouisor vniuersalis permittit aliquem defectum: in aliquo particulari accidere ne impediatur bonum totius. Vnde corru ptiones & defectus in rebus naturalibus dicuntur esse cōtra naturam particularem: sed tamen sunt de intentiōe nature vniuersalis inq̄ntum defectus vni us cedit in bonum alterius: & etiam totius vniuersi Nam corruptio vnius ē generatio alterius ꝑ quam species conseruatur. Cum ergo deus sit causa vni uersalis: et prouisor totius entis ad ipsius prouiden tiam pertinet vt ꝑmittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus ne impediatur bo num vniuersi perfectum. Si eni omnia mala impe dirent̄ multa bona deessent vniuerso Non eni esset vita leonis si non esset occisio animalis. Neq; esset pacientia martyrum si nō esset persecutio tyranno rum. Vnde Augusti. Deus nullo modo sineret ali quid mali esse in operibus suis nisi vsq; adeo esset oipotens & bonus vt benefaceret etiā de malo bo num. Eodem modo crux cristi habito respectu ad particularem vitam cristi scandalizauit plures: non autem habito respectu ad redemptionē et salutem totius vniuersi. Hoc eni ad maiorē dignitatem ho minis processit. Vt sicut homo victus fuerat & de ceptus a dyabolo. Ita etiam homo esset qui dyabo lum vinceret. Et sicut homo mortem meruit. Ita ho mo moriendo mortem superaret. Vnde dicitur pri ma ad Corinth. xv. Deo gratias qui dedit nobis vi ctoriam per dominum nostrum Ihesum christum.

¶ Euacuatum est scandalū	Diuinitatis ostensione Angelorū distinctiōe Creaturarū ꝓductione Hominis formatione Figurarū verificatione Christi incarnatione Mediatoris redēptiōe Virtutum moderatione Peccatorū recōcilatiōe Spirituali inuocatione Anime beatificatione Corporis glorificatiōe	crucis christi

que ex antecedentibus aliq̄ntulum possunt sciri & comprobari. Et etiam in vno sermone. s. de inuen tiōe sancte crucis posita a magistro Leonhardo de vtino ad longū in ope suo q̄d fecit de sermonibus anneis de sanctis per totum annū: ibi si vis require nimium eni hic esset de hiis singula annotari bre uitate gaudēti. Futurum. Si quis desiderat per fecte mūdari a viciis. Nobiliter ditari in virtutibus Altissime illuminari in scripturis. Gloriose trium phare de inimicis. Copiose consolari in aduersis.

Deuote conuersari in terris. Frequenter compungi in cubilibus. Dulciter flere in orationibus. Feruenter accendi in meditatiõibus. Perseuerare in bonis actibus. Repleri spiritualibus gaudiis. Rapi in excessu mentis. Diuersis frui secretis. Feliciter mori in extremis. Perenniter regnare in celis. In hoc speculum sine macula mentis oculis sedulo intueri & in vita: ac passiõe Ihesu christi filii dei quem pater misit in muudum vt omnibus preberet perfectiõis exemplum: & sequaces suos ad eternum pduceret regnum pie & deuote exercere. Ama igitur christum sequere Ihesum: & amplectere crucifixum.

Speculum de passione domini nostri Ihesu christi.
cum textu quatuor euãgelistarũ. & q̃mplurimorum
doctorũ vberrimis desup glosis: cum figuris pulcris
& magistralibus & cum mirũ immodum contẽplati
onibus & oratiõibus deuotis: non minus & de duo
decim admirãdis fructibus ligni vite: & stupendis
mysteriis sanctissime crucis per doctorem Vdalricũ
Pinder cõuexũ: & in ciuitate impiali Nurenbergen.
bene visum & impressum finit feliciter Anno saluti/
fere incarnationis .M.CCCCC.vii. Die vero. xxx.
mensis Augusti.

SPECULUM
PASSIONIS

1507